

M

PTOLEMÆI LVCENSIS, EPISCOPI TORCELLENSIS ANNALES,

Ab anno Salutis M. LX. ad M. CCCIII. nunc primò in lucem editi.



LVGDVNI,
Apud IACOBVM ROVSSIN.

Anno M. DC. XIX.
Cum Superiorum permissu.

AMPLISSIMO REIPVBLICÆ LVCENSIS SENATVI

IACOBVS ROVSSIN F.O.

OFFICIA vocantur officijs, sibíque mutua cõsensione respondent. Mirum quàm multis nominibus Lucẽsi nomini debeam, multorum Ciuium beneficijs ornatus, & astrictus: sed cùm singulis gratiam referre non liceat, publico munere cogitaui priuatorum in me

beneuolentiã imitari, quamquam merita non assecuturum certò scirem. Quod igitur diu diligentissimè conquisitum, è tenebris erutum PTOLEMÆI LVCENSIS *opusculum tercentorum ferè annorum, cùm externa, tùm patria gesta complectens, in lucem proferendum tandem venit ad manus, vobis*, PRVDENTISSIMI SENATORES, & AMPLISSIMÆ REIPVBLICÆ *vestræ splendori inscribo, ac dico. Munus sui pretio magnum; maius, si fas esset, studioso offerentis cultu; sed omninò quod vestrum est, maximum. Nouitas quoque, vel melius vetustas autorem commendabit ex parte, quòd vnicus ferè multa illius aui memoria complexus est,*

sibi

ſibi magis, ni fallor, quàm cæteris, & ſe ſolo teſte contentus. Quo per mortem ſubducto, quid mirum ſi ex pluriũ ſæculorum tenebris contractus, vt ita dicam, ſitus eidem plurimum autoritatis adiungat? Quippe nummos etiam priſcos eò magis venerari ſolemus hiſce temporibus, quò rudioribus, & obſcurioribus notis excuſi, denſioríque obſiti ærugine maiorem exquirunt & cognitionem & eruditionem indagantis. Libeat obſecro, PATRES AMPLISSIMI, *obſequentiſſimæ voluntatis, priuatíque officij pignus in manus, ſtudium in animum parte aliqua admittere, & quidquid magnitudini meritorum eſt impar, id amplitudine veſtra compenſare. Quam*

voueo DEVS liberam ſemper ſeruet, & amplificet. Datum Lugduni, pridie Calend. Maij, ann. M. DC. XIX.

V. DOM. Ampl.

Seruus obſequentiſſimus
IACOBVS ROVSSIN,
Typograph. & Bibliopola Lugd.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

NON miraberis absq; dubio rude scribendi genus, & librum hunc multis plenum erroribus, si primum temporum illorum conditioni ascripseris, quibus magis vigebant bella, quàm studia; alterum autem religioni nostræ, qua nefas duximus exemplar vetustissimum, ac venerandum, quamquam multis locis carie corrosum, & amanuensis pariter inscitia deprauatum, nouitate aliqua deprauare magis, quàm corrigere; atque ideo lacunas, licèt commodè ali-

quando possemus, explere noluimus. Illud quidem nostri officij visum est, curare nonnulla ad latus reponenda, si quando antiqua & peruersa scriptura nimis de perspicuitate, seu veritate detraheret. Tu nostris consiliis faue, & autorem per trecentos ferè annos expetitum solita benignitate complectere.

AVTORIS ELOGIVM.

PTOLEMÆI Lucensis non obscurum per se genus ac nomen, licèt aliqua ex parte cùm scriptorũ incuria, tùm temporum illorum tenebris inuolutum, Religio tamen & Doctrina tantopere illustrarunt, vt plerique in literis versati, lucem ab illo desumpserint, & complures non infimæ classis autores, fidem & autoritatem, quamquàm latentis agnouerint. Abdiderat ille se se iunior adhuc in vitam solitariam sub Diui Dominici norma Deo inseruiturus, cùm in prima statim adolescentia, quemadmodum sanctissimis moribus, diuinaque Sapientia Thomæ Aquinatis disciplina imbutum decebat, vsque adeò præstantis ingenij, &

Blondus lib. 13. Platin. in vita Lucij III. Volaterran. li. 22. Baron. tom. 12. pag. 491. D. 491.

aciem mentis intendit, vt æmulatione doctrinæ Magistri sanctitatem in se ipso conaretur exprimere. Verùm diuina Prouidentia ingentium animorum, vt plerumque contingit, adiutrix, ad summum perfectæ sanctimoniæ culmen aspiranti, longè altiores, quàm tunc percurreret, gradus Religionis pietatisque despõdens, eundem iam religiosæ grauitatis & Doctrinæ fama conspicuum, è priuatis sociis, ad publicum Torcellensis Ecclesiæ regimen acciuit. Hic tanquam in sereno Cælo, maiori luce virtutis effulgens, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus, humanis disciplinis potuit mentem illustrare magis, & Christianæ prodesse Reipublicæ, quod deinde scriptis effecit Annalibus. Nullis igitur inter homines vanæ ostentationis, vel fucatæ probitatis nubibus obductus, iam virtutum omnium signa percurrerat, cùm terrena hac exutum mole, claris præcinctum radijs, Patriæque lucem immensam allaturum, supremus Conditor meliore Cælo reposuit.

PTOLEMÆI
LVCENSIS, EPISCOPI TORCELLENSIS

ANNALES.

SALOMONE atteſtáte didicimus in Prouerbiis, quia *lætatur homo ſententia oris ſui & ſermo opportunus optimus eſt.* Ex quibus verbis oſtenditur fructus ſcripturæ ſecundùm duos fines, ad quos ordinatur; vnus ſumitur ex parte ſcribentis, quia hoc proprium hominis eſt, vt delectetur in opere ſuo, ſicut idem Salomon dicit in Eccleſiaſte; *Hoc,* inquit, *mihi viſum eſt homini, vt fruatur habere lætitiam ex labore ſuo, quo laborauit ſub ſole.*

Et

Et si hoc habet veritatem in opere humano affixo naturæ inferiori, multò magis in opere intellectuali, quátò altior est operatio; & hoc est opus scribentis, quod ab actione intellectuali procedit: etenim ex hoc verificatur sentẽtia Sapientis præfati, quia *lætatur homo sententia oris sui*, siue quádo scribit, aut profert, siue pronuntiat. Secundus autem finis ordinatur ad audientem, vel legentem, quod plurimùm delectat, siue legendo, siue audiendo, si intelligantur audita, vel lecta: assimilat enim Seneca in Epistola ad Lucilliũ, scripturam cibo, à quo & auscultatio eloquij non discordat, dicente Domino: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei:* in cibo autem adgeneratur delectatio, quando variatur; sic & de scripturis contingit, quia plus delectant, quando per successum temporis, noui referuntur actus,

& gesta

& gesta siue Principum, siue Ciuitatum, seu alicuius primariæ personæ, propter sui excellentiam operis. Et quidem demonstrant verba sequentia auctoritatis propositæ, cùm subdit; *& sermo opportunus optimus est:* tũc enim opportunus sermo optimus dicitur, quando delectabiliter legitur, vel auditur; quod constat vel ex sermonis materia, quæ sui natura suauitatem adgenerat, vt de cœlestibus, diuinisque quando habetur notitia, vt Philosophus dicit in 9. de Animalibus, desiderabilior, & delectabilior, quàm imperfectissima cognita de minimis, & inferioribus rebus: vel constat delectatio ex ipsius nouitate rei, tanquam singularis, & insoliti cibi, qui à discumbentibus auidiùs sumitur; quia idem talis sermo sic opportunus, hoc est, proportionatus auditoribus debitè optimus efficitur
.... gesta Principum,

pum, ac summorum Pontificum, siue Ciuitatum, siue Castrorum, quia .... prædicta continent, vel ex parte scribentis, siue legentis: aut audientis, quia .... de ipsis aliquid tradere. Sed quia sermonis diffusio sæpiùs fastidium generare solet, sicut testatur sanctus Gregorius; alimenta dum minùs porriguntur, sumuntur suauiùs; à ducentis, & mille quadraginta annis, vel circa, præfata gesta sumemus, incipientes ab Alexandro Papa secundo, qui fuerat antè Lucensis Episcopus, & ab Henrico eius contemporaneo Imperatore, quantùm reperitur ex Chronicis Riccardi Cluniacensis, Gottifredi Viterbiensis, fratris Martini ...., & ex gestis Florentinorum, & Lucensium, ac in ipsorum registris, Deo auctore, quæ vt infrà .... sermonis eloquentiæ,

tiæ, siue scripturæ.

Anno igitur Domini M. LXIII. Episcopus Lucensis, cui nomen Anselmus, natione Mediolanensis, mortuo Nicolao Papa secundo, qui fuerat Episcopus Florentinus, à Cardinalibus concorditer in summum Põtificẽ assumitur, & Alexander secundus est appellatus, qui antè per tres annos Ecclesiá sancti Martini fecerat augmentari, & multum meliorari.

Eodem anno exortum est scisma ex dicta electione: nam conuenerunt omnes Episcopi Lombardiæ planæ, quæ olim Liguria, & Æmilia vocabatur, cum suis Metropolitanis, & elegerunt in Papam, Episcopum Parmensem, cui nomen Cadulus; & in principio sui Henricus Imperator videbatur eidem fauere, & aduersari Alexandro.

Eodem anno idem Alexander videns se in arcto positum, Lucenses, qui

quidem ſibi primò coniunxit amore, & ſtatuit in vita ſua nullum Epiſcopum habere, ſed ipſum ſibi manualiter reſeruauit, & quaſi peculiarem populum.

Anno M. LXIIII. Cadulus Antipapa exercitum congregat Lombardorum cum fauore Henrici præfati .... Alexandrum, vt ſibi ibidem ſedem Papalem conſtituat; ſed non proficit, immò cum multa confuſione recedit, & perſonarum damno.

EODEM anno Alexander ciuitatem Lucēſem multa dignitate nobilitat: nam primò tribuit ei bullam plumbeam pro ſigillo Communitatis, vt habet Dux Venetorum. Eccleſiam ſancti Martini ſpeciali decorat gratia, vt Canonicos dictæ Eccleſiæ mitratos habeat in Proceſſione Regulari, & ſicut Cardinales incedant, ſicut Rauennæ, & in Eccleſia ſancti

Iacobi

Iacobi de Galitia, quæ Compoſtellana vocatur.

Anno M. LXV. Comitiſſa Mattilda eidem ſcribit literas multùm familiares, eidem adiutorium promittens iuxta poſſe contra omnem Principem, & quamcunque gentem: & ab ipſo petit vnum Clericum honeſtæ vitæ, & gratioſæ conuerſationis, ac conſilij ſani, qui ipſam poſſet dirigere in agendis.

HÆC autem Comitiſſa filia Domini Bonifacij Marchionis Thuſciæ, & Lombardiæ, ſecundùm ordinationem Imperatorum; ſic enim tunc vocabatur Dominus dictarũ terrarum, vt etiam hodie in Picena regione, & in Marchia Spoletana Duces. Hæc etiã Comitiſſa in tãtum potentiſſima fuit Domina, quòd pugnauit ſæpiùs cõtra Imperatorem Henricũ, & ipſum deuicit; Domina multæ deuotionis ad Romanam Eccleſiam.

mitiſſæ Mattildæ in Pratis ſancti Petri, fauentibus Alexandro; tandem Cadulus in bello ſuccumbit, & confuſus recedit cum amiſſione multorum de ſuis, tàm in morte, quàm in captiuitate.

Anno M.LXVII. Henricus Tertius moritur, reconciliatus Eccleſiæ, & ſuum delictum cognoſcens circa fauorem Caduli.

Et eodem anno Romæ cuiuſdam gigantis corpus repertum eſt integrum, nomine Pallàtis, qui fuit filius Euandri, cuius vulnus hiatus, vbi vùlneratus fuerat, tres pedes & ſemis habebat; corpúſque eius altitudinem turris vincebat, vt ſcribit Martinus. Lucerna verò ad caput eius inuenta eſt, quæ nec flatu extingui poterat, nec liquore, ſed cum ſtilo foramine ſubtus flammam facto, extincta eſt, aëre per illud foramen introducto. Hunc autem dicitur Rex Turnus,

Palla. Gigas

qui fuit Rex Thusciæ, occidisse, tempore aduentus Æneæ ad fontes Tiberinos, post destructionem Troiæ, cuius notitia habita ex Epitaphio, quod in suo habebat sepulchro, quod tale fertur fuisse; *Quem lancea Turni militis occidit more suo, iacet hîc.*

EODEM anno Henricus Quartus regnat in Theutonia, qui multo tempore regnauit, & aliquando fauorabilis, aliquando hostis fuit Ecclesiæ, sicut processu temporis apparebit. Hic primùm venit Romam, & obsedit ciuitatem Tyburtinam, ipsamque capit, multumque damnificat. Tibur

EODEM anno fuit fames inualida in vniuersa Italiæ regione; multi autem præ inedia mortui sunt. Hic Henricus cum Alexãdro amicitiam contrahit, eundemque Imperatorem confirmat.

Anno M. LXVIII. Henricus de Roma

Roma descendens in Thusciam, & Lombardiam, omnes fautores Caduli expugnat. Quod videntes amici eiusdem, ad mandatum veniunt, & ad gremium Ecclesiæ se recolligunt, quos dictus Henricus recipit, & Alexandro Papæ per solemnes nuncios scribit rem gestam, & vt ad prædictas regiones se transferat, Ecclesiam redintegraturus, & oues errantes ad caulas reducturus gregis.

ACCEPTAT summus Pontifex præfati Principis sollicitudinem prouidam, & persuasionem clementem, & piam; sicque ad eundum in Lombardiam se parat.

Anno M.LXIX. dictus Alexander cum fauore memorati Henrici ad dictas vadit partes, transiensq; per Lucam, gloriosè ibidem susceptus est, totáque militia dictæ Ciuitatis, vel saltem honorabilior, ipsum deducit, quæ insequuta est ipsum vs-

que in partes Lombardiæ.

EODEM anno Alexander Concilium celebrat apud Mantuam, præſente dicto Imperatore, omnéſque Epiſcopos ſchiſmaticos cum Cadulo ad gremium Eccleſiæ refert, ipſóſque ſibi reconciliat, totúmque populum ſibi fauentem, contraxítque moram in toto ſpatio illius anni in dicta regione, pro maiori firmitate pacis & vnitatis.

EODEM tempore in Africa, vt ſcribit Riccardus, Marrochus ciuitas nobiliſſima conditur à Mauris, qui Mauritaniam poſſident Prouinciam.

EODEM etiam tempore Philippus filius Henrici Regis Francorum ſuper eoſdē regnat, qui quartus fuit ab Vgone dicto Capeduce Aurelianenſe, vt Riccardus refert, per quem cum conſenſu Principum ſuſceptum eſt regnum Franciæ: deficiente verò ſtipite

ſtipite Regni præfati, à quo omnes Reges præteriti deſcenderunt prædicti Regni.

Anno M.LXX. Henricus Imperator tranſiit in Germaniam, ibidémque multas cómmittit pugnas cum Dacis, Boëmis, & Polonis.

EODEM anno Alexander recedit de Lombardia, & venit in Thuſciam, & apud Lucam reſidētiam facit, tanquam in loco ſcilicet, in quo ſuus verſabatur affectus.

EODEM anno dictus Alexander, cum XXIII. Epiſcopis, & innumerabili multitudine Cleri, & Populi, tàm Lucenſis, quàm aliorum, qui Curiam ſequebantur, & de Concilio venerant ſupradicto diuerſarū Prouinciarū, conſecrauit Eccleſiam ſancti Martini, magniſque Indulgentiis ipſam decorauit & magnificauit.

EODEM anno dictus ſummus Pontifex dignificauit Epiſcopatum

Lucenſem, cruce coram Epiſcopo ferenda, ſicut coram Primate.

Anno M.LXXI. Alexander prædictus Romam vadit cum tota Curia, ibíque moram facit vſq; ad mortem.

CIRCA idem tempus, Robertus Guiſcardi, natione Normannus, cum ſua gente inuadit Apuliam, & Siciliam occupatam à Saracenis. Et quia dicta terra manualiter erat Eccleſiæ, tradita eidem per Conſtantinum, & Carolum magnum, ideò volebat Eccleſia, vt dictam terram Robertus ab ipſa recognoſceret, & de ea homagium faceret; in quo facto inter ipſum & Eccleſiam aliqualis diſcordia eſt exorta.

Apulia Sicilia

Anno M.LXXII. Normanni, qui venerant cum Roberto, hoc audientes, ſicut homines faſtuoſi, & quibus faſtus ſuperbiæ à Gallicis attribuitur, prouocati ex prædictis, de Apulia recedétes, venerunt in Cam-

paniam,& terras inuadunt Ecclesiæ, contra quos vadunt in subsidium Ecclesiæ Gottifredus Dux Spoletanus, & militia Comitissæ Mattildæ, ipsósque fugant de confinibus Ecclesiæ, & ipsi cum confusione recedunt.

Gottfred.

EODEM anno tradit quædam Chronica summorum Pontificum, Alexandrum mortuum, & sepultum in Ecclesia Lateranensi, & hoc idem dicit Gottifredus Viterbiẽsis; quamuis Martinus videatur plus dicere, quod videlicet vixerit XI. annis, alij quod XVII. sed gesta sua cum istis magis concordant.

Anno M.LXXIII. in fine anni Ildebrandus natione Thuscus, patria Senensis, propter laudabilem vitam suam in Papam eligitur, qui est Gregorius VII. nuncupatus ex Cardinalibus.

HIC Imperatorem Henricum

Quartum in principio contrarium habuit, propter quá causam dictum Imperatorem, cum Concilio c x. Episcoporum ipsum excõmunicat, eo quòd Romanæ Ecclesiæ videbatur vnitatem scindere, fauens scismaticis, de quibus infrà dicetur.

EODEM anno dictus Henricus ad misericordiam Ecclesiæ se conuertit, & pacem petit, quam & consequutus est, sicut mos est Ecclesiæ, vt piæ matris: tradunt tamen, videlicet Martinus, & alij, quòd in pœnitentia tali suppositus est, quòd inter niues stetit per aliquod spatium, nudis pedibus, & Papa Gregorius eidem post eam, omnem pœnitentiam remisit.

Anno M. L X X I I I I. Imperator Henricus in Theutoniam vadit, ibíque per aliquod tempus quiescit, sicut in re sibi peculiari.

HOC tempore tale fertur accidisse

mon

monſtrum in partibus Scythiæ, de quodam Principe, qui cùm ſederet in conuiuio, ſubitò à multitudine murium circumuallatur, & cùm veniſſent in tanto numero, de nullo curabant niſi de iſto; ille autem volens effugere murium infeſtationẽ, quandam intrauit nauiculam, & in mari ſe ponens, à terra ſe elongabat, quod quidem facere non potuit, vt Martinus refert, cùm mures ipſum inſequerẽtur, applicanteſq́ue naui, ipſam corrodebant; quod videntes nautæ, ad portum coguntur redire, & ſubitò murium multitudo ipſum circumſtant, & cum illis qui mare intrauerant, dictum Principem ſic inuadũt, quòd ipſum occidunt, perforantes interiora eius vſque ad cor, & ipſum cor perforantes, & corrodentes, quo mortuo ipſum totum conſumant. Mures

Qvòd ſi cauſa quæritur, eſſe potuit, vel conſtellatio, vel Dei iudiciũ.

Fertur

Fertur etiam, vt refert idem Martinus, quòd si leopardus vulneret hominem, mures, qui sunt in partibus illis, hominem inuadunt, & in loco vulneris ipsum deminguñt. De quodam etiam Principe legitur, quòd à pediculis sit consumptus.

Anno M.LXXV. scisma publicatur in Lombardia; nam apud Brixiam conuenientes Episcopi, & alij Prælati, Archiepiscopum Rauennatem Papam faciunt, cui nomen Ghilbertus, quem vocabant Clementem.

ISTO anno dicunt aliqui Alexandrum mortuum; sed prima sententia melior, & verior est.

Anno M.LXXVI. Henricus Imperator recidiuat in Ghilbertum, veniensque in Lombardiam, ipsum tãquam Papam adorat, & reuerentiam facit, ac cum ipso Romam vadens, ab eodem coronã Imperialem assumit, ibique Papam Gregorium inueniens,

niens, vt scribit Martinus, & Gottifredus, ipsum in Castro sancti Angeli includit cum omnibus Cardinalibus: conceperat enim odium contra ipsum propter duritiam, quam ostẽdit in prima sua reconciliatione.

EODEM tempore venerunt Romam, cum dicto Antipapa, principales Episcopi de Lombardia, videlicet Bononiensis, Brixianus, Mutinensis, Ceruiensis, & quidam alij, qui præfatum Antipapam Romæ consecrauerunt, ibidemque se pro Papa gerebat, Gregorio cum Cardinalibus in Castro sancti Angeli interclusis, per potentiam Henrici existentis ibidẽ.

TVNC Gregorius conuocat amicos Ecclesiæ, & requirit, videlicet Comitissam Mattildam, & Robertum Guiscardi, * cùm iam cum Ecclesia * concordauerit, & Apuliam, & Siciliam, cum beneplacito Ecclesiæ, pacificè possidebat. * qui iam * concordauerat.

Anno

Anno M. LXXVII. Robertus Guiscardi, cū sua militia, & exercitu magno venit contra Henricum Imperatorem, & suum Antipapam; quod audiens Henricus, cognoscens Romanos sibi esse contrarios, cum sua gente, & suo Antipapa fugit de vrbe, destructo Capitolio, & ciuitate Leonina, venitque Senas.

ROBERTVS autem veniens Romam, Gregorium liberat, & in suo loco restituit; militia autem Comitissæ parabat se ad veniendum; sed Robertus cum Rogero præuenit.

Anno M. LXXVIIII. Gregorius Concilium congregat Romæ contra Henricum, & tradunt aliqui, quòd istud fuit Concilium c x. Episcoporum, de quo dictum est suprà: vnde omnia quæ hîc referuntur, secundò dicunt contigisse in principio suæ electionis; sed ex his, quæ vlteriùs dicuntur, videntur facta priùs, quàm

pœni

pœnitentia ductus ad gremium Ecclesiæ rediit; & huic sententiæ consonant quæ postea de ipso dicuntur; scribit enim Martinus, quòd post ista, quæ nunc sunt dicta, recessit in Theutoniam, & multa fecit contra dictum Gregorium. Nam in vrbe Vormacia congregauit Concilium XXIIII. Episcoporum, C. Clericorum Baronum, ibiq; cassat de facto omnia decreta Gregorij contra ipsũ.

ITEM ibidem depositus est Gregorius, & confirmatus Ghilbertus, & hoc processum de Vrbe, hoc est, anno Domini millesimo octuagesimo.

Anno M. LXXX. Gregorius in Concilio dictum Henricum deposuit ab Imperio, omnesque Barones ab eius absoluit fidelitate; posteà verò inuenitur reconciliatus Ecclesiæ, & pro pœnitẽtia Crucem assumit, & cum exercitu Gallicorum, qui per terram ibat in Terram sanctam, assumpta

ſumpta ſua militia Theutonica, illuc ſe transfert.

Hic enim Henricus multo tempore regnauit, & ideo potuit multa feciſſe, ſcilicet xxxviiii. annis.

Anno M. LXXXI. vt habetur in Regiſtro Lucenſis Cõmunitatis, Hẽricus Imperator conceſſit Lucenſibus priuilegium de muris veteribus non deſtruendis. Item de Regali, ſiue Imperiali Palatio non ædificando in Ciuitate, nec de Caſtro conſtruendo Imperiali intra vi. milliaria.

Eodem anno Robertus Guiſcardi, occupata cum ſua gente Apulia, Calabria, atque Sicilia, item aliis Regionibus ad Regnum pertinentibus, vſque ad Pontem Cyprſani, vadit Duratium, & ipſum capit.

Anno M. LXXXII. idem Robertus in Dalmatiam ſe transfert, & pugnat cum Alexio Imperatore, ac deuincit eum, vt ſcribit Riccardus; &

quamuis fuerit ſimplex miles, ſtrenuiſſimus tamen fuit in armis, & in moribus nobiliſſimus, ac Eccleſiæ multùm fidelis,& deuotus.

Anno M. LXXXIII.Robertus iteratò Romam venit, vt tradit Martinus,cum exercitu magno,& omnem gentem extirpat, rebellans Gregorio,& Henrico fauens, & ſpecialiter Domum Cincis, cuius filius nocte Natiuitatis Domini,dum Miſſa celebraretur,Papam ceperat,& in ſua incluſit turri, licèt Romani etiam hoc delictum durè puniuerint in eadem nocte,vt ſcribit Martinus.

Anno M.LXXXIV. Robertus redit in Apuliam, ſuamq́ue viſitat regioné, cumq́ue iam per totum ſuum dominium circũiſſet,veniẽs Salernũ, vt tradit Martinus, ibidem infirmatur, & moritur; & quia multa bona Eccleſiæ contulit, & iuſtè ſuam gubernauit Prouinciam, ipſum Grego-

rius intendebat Imperatorem facere, vel filium suum Boamundum, vt idem Riccardus dicit; ipse verò ad partes Orientis transfretare contra Persarum Regem, & Ægypti; sed ambo præuenti sunt morte: Nam Gregorius moritur anno Domini M. LXXXV.

EODEM anno, id est, M.LXXXV. & tempore, idem Robertus, de quo scribit Martinus, quòd post mortem miraculis claruit, reliquit post se duos filios, videlicet Boamundum & Robertum: frater autem Roberti Guiscardi vocabatur Rogerius, qui & vnicum filium habuit, quem suo nomine vocari voluit.

ROBERTVS igitur Dux erat in Apulia, sed Rogerius Comes in Sicilia: sic enim terram diuiserant in cōcordia plena; sed quomodo factum est Regnum, infrà dicetur.

SEDIT autem dictus Gregorius

annis XII. menſe vno, diebus quinque, cui ſuccedit Victor, qui dictus eſt Deſiderius.

Anno Domini M. LXXXVI. Victor in Cathedra Petri ſedet, qui Abbas fuit ſancti Benedicti Montis Caſſini: ſedit anno vno, & menſibus quatuor, diebus ſeptem.

HIC fertur venenatus fuiſſe in calice, vt ſcribit Martinus, conſecrãdo videlicet ſanguinem Chriſti.

EODEM tempore tradunt hiſtoriæ, vt Martini, & Riccardi, Ordinem Carthuſienſem in Burgundia habuiſſe exordium.

Anno Domini M.LXXXVII. Victor moritur, cui ſuccedit Vrbanus, & in M.LXXXVIII. creatur, ac in Cathedra Petri locatur.

EODEM anno Toletum cum adiacente regione in Hiſpania recuperatur à Chriſtianis, quam occupauerant Saraceni.

Eo autem tempore filius Regis Castellæ, cui nomẽ Alphonsus, qui à Rege Saracenorum Toletano detinebatur captiuus, in bello victus, qui & postea liberatus abstulit sibi terram, hác astutiam fertur commisisse: cùm enim ordinasset de sua fuga cum custodibus, omnes equos & mulos, ordine præpostero, seu transuerso ferrauit, vt si fortè insequerentur hostes, vestigia animalium non possent cognoscere.

Vaccole EODEM anno, vt in gestis Lucensium scribitur, castrum de Vaccole destructum fuit à Lucensi populo, quod erat nobilium.

EODEM anno transit Vrbanus in Galliam pro maiori sua securitate, ratione Henrici, qui adhuc in sua permanebat pertinacia, & Romanos ad suum conabatur amorem attrahere.

Anno Domini M.LXXXIX. Philippus

lippus Rex Francorũ, vt ſcribit Riccardus, de quo dictum eſt ſuprà, qui regnauit ſuper Frãcos annis 45. vxoré ſuam repudiauit, & coniugẽ Comitis Andegauenſis ſibi coniunxit, quam ob cauſam Vrbanus in Cõcilio Claramontenſi ipſum publicè excommunicauit, qui tandem ad mandata Eccleſiæ rediit abiecta adultera, & propria vxore reſumpta.

EODEM Henricus, Ghilberto ſuo Antipapa mala morte mortuo, cum ſuis ſequacibus ad gremium Eccleſiæ rediit, & ipſe Crucem aſſumit, vt dictum eſt ſuprà, pro terra vltramarina, & pro * cã debita ſatisfactione duræ pertinaciæ, in qua fuit. * dand:

Anno Domini M. X C. Vrbanus Concilium celebrat apud Claramontem, vbi ſtatutum fuit, vt Horæ Beatæ Virginis quotidie dicantur, & quòd in die Sabbati officium fiat ſolemne in honorem eius. Hic etiam officium B. mariæ

dicitur feciſſe Præfationem Beatæ Virginis in Miſſa, ſicut modò cantamus; hoc tempore floret Anſelmus Abbas in Anglia, vita & ſcientia mirabilis, qui poſtea factus eſt Cantuarienſis Archiepiſcopus, primum propoſitum non relinquens.

PER idem tẽpus floruit in Theutonia quidam Philoſophus, cui nomen Menegaldus, cuius vxor, & filiæ in Philoſophia fuerunt permaximæ.

Anno Domini M. XCI. Ordo Ciſtercienſis incipit, vt tradit Riccardus, & Ciſtercium ædificatur.

EODEM anno corpus Beati Nicolai, de Myra ciuitate Lyciæ Prouinciæ, apud Barum transfertur. Iacobus * cùm ſcribit in LXXXVII. Cauſa autem tranſlationis fuit, quia ciuitas diſſipata erat ab Infidelibus, videlicet Turcis de nouo aduenientibus ad regionem prædictam.

* factum

HOC etiam tempore, vt Martinus

nus & Riccardus ſcribunt, fuit famoſiſſimum bellum in Hiſpania, vbi tres Reges, videlicet Caſtellæ, Nauarræ, & Aragonum pugnauerunt contra Almimolinum Marrocitanũ, quem turpiter fugauerũt fugientem in equa parua, ſed currentem, quas Genetri equitant, qui Beduini vocantur.

TANTVS autem fertur ſanguis ſparſus in dicto bello, quòd quaſi riui currere videbãtur ſuper terram, & ex vtraque parte: tandem propter duriſſimum & cruẽtiſſimum bellum Saraceni ſuccumbunt, & ex tota regione Toletana recedunt.

Anno Domini M. XCII. Sepulchrum Domini capitur, & quaſi tota regio vltramarina occupatur à Saracenis, vt Riccardus ſcribit, fit lamentum apud regionem Gallicanam, & in tota quaſi Europa .... conuocatur Concilium per Vrbanũ

iteratò apud Turones, ibiq́ue ordinatur de passagio faciendo; prædicatur Crux, & quasi omnes Principes Franciæ Cruce signantur, vt Riccardus, & Martinus tradunt, & Gottifredus Viterbiensis.

EODEM anno tota quasi Chinsica fuit combusta de ciuitate Pisarum, vt in gestis Lucẽsibus habetur.

Anno Domini M. XCIII. Henricus Imperator parat se ad transfretandum, suiq́ue Crucem assumunt, audito apparatu, quem Gallici faciebant.

Anno Domini M. XCIIII. Princeps Franciæ, videlicet Vgo frater Regis Philippi, Robertus Comes Normandiæ, & frater Regis Angliæ, Comes Flãdriæ, Comes sancti Ægidij, vt refert Riccardus, Gottifredus Dux Lotharingiæ, cum infinita quasi multitudine iter arripiunt, & quidam per terram transeundo per Theutoniam,

niam, Hungariam, & Bulgariam, & Constantinopolim.

QVIBVS se iungit Henricus cũ sua militia, primumq; quod in Græcia faciunt, Niceam capiunt, quæ rebellauerat Alexio Imperatori, eidẽq; tradunt; demùm intrant Syriam, & peruenerunt Antiochiam; sed primò transeundo per maiorem Armeniá, Turcas expugnant, qui dictam occupauerant regionem.

EXERCITVS autem qui venit per mare, transiens per Apuliam, Boamundum, vt scribit Riccardus, filium Roberti Guiscardi, secum ducunt, qui postea factus est Princeps Antiochiæ, ipsa occupata: peruenientes autem Tunitium, in portu, qui Aiacti hodie nominatur, ibidem aliquo tempore requiescunt. Hæc autem regio nunc Armenia minor dicitur, vbi portus est multùm bonus, & pelagosus.

Boamundus Princeps Antiochiæ

Anno Domini M. XCV. Sepulchrum Domini cum Hierusalem recuperatur, & Antiochia capitur cum tota Armenia supradicta. Gesta Lucensium dicunt hoc factum in M.C. Multa bella strenuissimè geruntur, multaque castra occupantur, & ciuitates; quædam quidem vi prælij, quædam autem spontaneè; quorum quidem processiones diffusè scribit Riccardus. Tradunt autem historiæ, quòd Pisani in hoc passagio magnum præbuerunt adiutorium cum suo nauigio; vnde in sequenti anno rehabita fuit Tripolis & Achá.

Anno Domini M. XCVI. Gotfredus cum suis vadit versùs Euphratem, & totam quasi Mesopotamiam capit, ibidemque de regimine ordinat, Agarenis prostratis, nullumque obicem habet; sed omnes eidem subiiciuntur spontaneè ad tributa soluenda.

Anno

Anno Domini M. XCVII. rediit ad exercitum ſtuoli, versùs Paleſtinam, vbi terra Promiſſionis includitur, expugnaturq́ue Prouincia Galliæ,& vſque Damaſcum.

Anno Domini M. XCVIII. Robertus filius Roberti Guiſcardi moritur ſine filiis, vt ſcribit Riccardus: Boamundo verò ſecundo filio tranſeunte ad Terram ſanctam,Rogerius Comes Siciliæ, nepos Roberti Guiſcardi Apuliam occupat, & de Ducatu Apuliæ, & Comitatu Siciliæ Regnum facit, extirpat omnem cõtradictorem ſiue nobilem,ſiue ignobilem in hoc facto; Boamundus verò, vt dictum eſt, capta Antiochia, factus eſt ibidem Princeps, qui & filiam Regis Franciæ vxorem accepit.

Anno Domini M. XCIX. Vrbanus moritur, qui & ſedit in Cathedra Petri annis XII.

EODEM anno Henricus rediit

de

de vltrà mare, volensque vlteriùs suæ quieti intendere, filium suum Henricum Quintum Regem substituit.

EODEM anno Paschalis Vrbano succedit, & in Papam eligitur.

EODEM anno, vt scribit Riccardus, exercitus Christianorum totum montem Libani occupat, vbi gens est fortissima, & adhuc hodie perseuerat; vnde & Soldanus vsque modò dictum montem capere non potuit, propter difficultatem aditus ad ipsũ.

Anno Domini M. C. Henricus Quartus ab Hẽrico Quinto filio suo capitur, & incarceratur, fortè Deo permittente, vt pœnam ferat de molestia, quam Ecclesiæ intulit: & aduertendum quòd Henricus Quintus dicitur, vt Martinus refert, quoniam ad genealogiam Henricorum, qui fuerunt Reges Alamanniæ, vnus tamen ex eis non habuit benedictionem Imperialem, videlicet Primus.

Hoc eodem anno Henricus Papam Paſchalem requirit de Corona Imperij, cui Paſchalis reſpondet de reſignatione inueſtituræ Epiſcoporum, quam pater ſuus longo tempore vſurpauit.

Eodem anno Lucenſis populus, vt in geſtis Lucenſium ſcribitur, caſtrum de Caſtagnore, quod erat Cathanorum, capit, & funditùs deſtruitur.

Anno Domini M. CI. Henricus conceſſit Tuſchanellam Romanis, & fecit pacem cum eis; & eodem anno Paſchalis iteratò requirit Henricum ſuper inueſtituris Epiſcoporum reſignandis, cui Henricus reſcribit ſe facturum, cùm ad vrbem venerit. Anno eodem Gottifredus, vt ſcribit Riccardus, Dux Lotharingiæ, & Burgundiæ, ab omni populo, qui inuentus eſt in Hieruſalem, & ibidem, in Regem eligitur, ad quem fuit vox totius

totius exercitus, tanquam ad magis strenuum militem, & tali excellentia dignum.

Anno Domini M. C II. Canonici in Ecclesia sancti Sepulchri, & in templo Hierosolymitano locantur; cunctaque ciuitas ijs, quæ ad cultum Christianorum pertinent, decoratur; sicque in diuino cultu tota regio reparatur per magnam prouidentiam Principum, qui exercitum gubernabant. Eodem anno inuenta fuit lancea, qua vulneratus est Christus, in Antiochia, reuelatione diuina, de qua Riccardus longum facit sermonem.

Anno Domini M. C III. passagium factum est in Africam contra Saracenos, vt gesta Lucensium referunt, & creditur per Rogerium Regem Siciliæ, qui & Regem Tunitij tributariũ facit, quod tributum Rex Guillielmus postea reuocauit, & modernis

dernis temporibus Rex Carolus Senior de iure petebat, quod & habuisset, si in dominio non fuisset passus iacturam. Eodem anno fuit Lucæ primus ignis in Burgo sancti Fridiani.

Anno Domini M. CIIII. Henricus adhuc de corona Imperij Paschalem sollicitat, & de suæ electionis confirmatione; sed Paschalis primum quidem non exaudit, nisi Inuestituras resignet; sed secundum gratiosè suscipit, & acceptat. Eodem anno, vt in gestis Lucensium scribitur, fuerunt Pisani deuicti à Lucensibus apud Ripafractam, & ceperunt Castellanos de Ripafracta, & duxerunt Lucam captiuos.

Anno Domini M. CV. Gottifredus Rex Hierosolymitanus prædictus post multos & longos labores moritur, & in eodem loco Balduinus eligitur anno sequenti. Eodem anno,

vt in

vt in registro continetur Communitatis Lucæ, concessum fuit eisdem Lucensibus per Imperatorem, posse liberè negotiari in tota terra Imperij, promisitque eisdem omnia ablata restituere. Eodem anno occasione destructionis dicti castri de Ripafracta, inchoata est guerra inter Lucenses & Pisanos, & durauit per annos quinque.

Anno Domini M. C V I. Balduinus Princeps in ciuitate Edessa (vnde Dominus Abagarus Rex tempore Christi, & cui Christus literas * spandes * speciales direxit) in Regem Hierosolymitanum eligitur. Hic frater fuit dicti Gottifredi, vt scribit Riccardus, miles strenuissimus, & populo gratiosus. Hic eodem anno totam quidem Prouinciam pertransiens, vsque ad Mortuū mare, multa bella cum Saracenis commisit; tandem vulneratus ad mortem, vix

* spiritua-les

vix euaſit. Eodem anno quædam pars Crucis Domini inuenta eſt, quæ in modum Crucis formata, & auro, & argento fabricata eſt.

Anno Domini M. CVII. Rex Balduinus adhuc Regionem circumiẽs, Regem, ac gentem rebellem in regione Paleſtina inueniens, cultui incitabat diuino. Eodem anno Henricus venit in Italiam cũ exercitu magno: cumque veniſſet in Lombardiam, vt ſcribit Martinus, nuntios mittit ad Paſchalem Papam; quòd paratus eſt omni inueſtituræ renunciare ad beneplacitum ſuum. Hoc autem ſimulatione dixit, ſicut rei poſtea probauit euentus. Eodem anno Florentini deſtruxerunt quoddam caſtrum, quod dicebatur Gualandi, vt Geſta Lucenſium dicunt.

Anno Domini M. CVIII. Henricus vadit Romam pro Corona recipienda: Geſta tamen Florentinorum,

& Lucensium, scribunt ista accidisse in cx. sed aliæ Chronicæ dicũt sicut modò refertur. Refert ergo Martinus, quòd Henricus iuramento firmato de resignatione facienda, quæ qualis fuerit infrà dicetur, quia sæpiùs in hoc opere frequentata; cùm venisset Romam, occurrit Clerus, & Populus vsque ad Pontem Molem, de mandato Papæ ipsum deducunt vsque ad summitatem graduum sancti Petri, ibique Paschalis ipsum recipit cum multa solemnitate, & post pedum oscula, se inuicem osculantur. Cumque simul pergerent vsque ad Portam argenteam, Paschalis, osculo dato, ipsum Imperatorem pronuntiat; sed cùm venissent ad Roccam Porphyricam, & Papa expetisset resignationem fieri de inuestituris iã dictis, quam facere iuramento promiserat, Imperator nihil ad hoc respondit, sed seorsum cum suis Principibus

cipibus consilium habens, statim mandauit Papam capi, totamque Curiam cũ Cardinalibus à suo exercitu detineri.

Anno Domini M. CIX. Henricus monitus ab amicis vtriusque partis, ad cor rediens, Papæ reconciliatur, ipsumque (vt Martinus refert) relaxat. Papa verò Paschalis ad preces humiles totius Cleri, & Populi, Henrico remittit iniuriam, & eundem in Corona restaurat Imperij. Eodem anno & tempore, exeuntes muros Vrbis ambo pariter cum sua comitiua, ibidem inuestituræ resignat omnium Prælatorum, restituens omnes præbendas Ecclesiis vnde acceperat; & sic ad inuicem valefacientes, Henricus descẽdit in Thusciam, & Lombardiam; Papa verò in Vrbem, cum gaudio à Clero, & Populo receptus est.

Anno Domini M. CX. vt scribit

Riccardus, applicuit Ioppe gẽs quædam Noriensis, siue Noergiẽsis cum LV. nauibus, quam de mari Occiduo concitauerat Deus in fauorem Terræ sanctæ, quos Rex Balduinus gratanter suscepit, & cum eisdem obsedit Sidonem. Quod videntes Sidonij, Regi præfato se reddiderunt. Scribit autem idem Riccardus, eas venisse per arctitudinẽ Siuiliæ, & de Oceano mari, inde intrasse mare Mediterraneum, & venisse Ioppe, sicut suprà dictum est. Eodem tempore post Paschalis liberationem (vt Martinus refert) quidam ex Clericis Romanis fecerunt scisma, ita vt non obedirent Papæ; omnes tamen vltimò ab ipso prostrati, & demùm mala interierunt morte.

Anno Domini M. CXI. vigente Bernardo in sua Religione ædificatur Claraualle, & dictus Bernardus sequenti anno ibidem præficitur in Abbatem.

Anno Domini M. CXII. Rex Hũgariæ renuntiat inuestituris Episcoporum, & omnium aliorum Prælatorum, ad literas Domini Papæ Paschalis, quas vsque ad tempora illa facere consueuerant prædecessores ipsius Reges.

Anno Domini M. CXIII. post liberationem Paschalis, insurrexerũt tres hæresiarchæ contra ipsum, Albertus videlicet, Arnulphus, & Theodericus, qui licèt in principio multas Paschali intulerint molestias, in fine tamen ab ipso prostrati sunt.

Anno Domini M. CXIIII. Henricus Imperator, inuestituris Episcoporum, Archiepiscoporum, Abbatum, & generaliter Prælatorum renuntiat, permittitque vt quodlibet Collegium liberam habeat electionem, cessitque in possessionibus Clericorum, quas * ista intuitu, & propter regalia sui antecessores detinue- * ita institutas,

runt, & ipse cum eis.

Anno Domini M. C X V. Ciuitas Florentiæ quasi tota fuit combusta, & multæ personæ ibidem fuerũt mortuæ: & eodem anno mortua est Comitissa Mattilda Domina totius Thusciæ & Lombardiæ, & tradunt aliqui quòd in illa combustione ciuitatis Florentiæ fuerit mortua. Hæc Comitissa familiarem habuit quemdam Clericum honestissimæ vitæ, & .... cui nomen Anselmus, vir magnæ probitatis, cuius consilio regebatur dicta Domina, quem ei miserat Alexander Papa. Hunc autem Gregorius iam dictus fecit ipsum Episcopum Lucensem, qui existens in obsequio Comitissæ, apud Mãtuam, ibidem mortuus est, vbi multis miraculis coruscauit, & adhuc hodie in magna reuerentia est apud Populum, & Clerum, sepultus in Episcopio dicti loci.

Anno Domini M. CXVI. Henricus Imperator, ſuperiùs nominatus, conceſſit Lucenſibus priuilegium de fluuio Sercli, quàm ad liberum introitum, & de mari Motronis. Item de Ripatico non tollendo à Piſanis. Eodem anno Boamundus Rex Hieroſolymitanus cum ſua gente occupauit regiones versùs Arabiam, & versùs mare Rubrum; & attēde quia, vt Riccardus dicit, in illo paſſagio vltramarino ſuperiùs nominato, tanta fuit multitudo Populi, & Principum, quòd diuerſas Regiones occupantes, diuerſa conſtituerunt Regna, & Principatus.

Anno Domini M. CXVII. Paſchalis Papa moritur, vt ſcribit Riccardus, & in Eccleſia ſancti Saluatoris de Vrbe, cum multa reuerentia Cleri, & Populi ſepelitur. Eodem anno fuit vltrà mare epidemia magna, de qua mortua eſt vxor Regis Bal-

duini, Patriarcha Hieroſolymitanus, Alexander Imperator Conſtantinopolitanus, & multi alij Principes.

Anno Domini M. CXVIII. Gelaſius, qui & Ioannes Cancellarius Romanæ Eccleſiæ, ſedet in Cathedra Petri per annum & menſes. Hic timens Imperatorem Henricum receſſit de Vrbe versùs Caietam, cum omnibus Curialibus, & inde per mare versùs Franciam ſe transfert; cumq́ue perueniſſet Cluniacum ibidem mortuus eſt, & ſepultus. Eodem anno, vt ſcribit Riccardus, Balduinus Rex Hieruſalem vadens Ægyptum, cùm occupaſſet aliquas villas, & caſtra, exiſtens ſuper fluuium Damiatæ, qui & Nilus appellatur, cùm comediſſet de piſcibus illius aquæ, grauari cæpit quadam ſua ægritudine ſolita; cumq́ue redire vellet in Hieruſalem, venit ad quandam Villam de propinquo fluminis, ibiq́ue grauatus

uatus ampliùs, dicta ægritudine mortuus est. Iste Princeps strenuissimus fuit in armis, augmentauitque dictũ Regnum, addens eidem Tripoli, Achori, Cæsariam, Barucum, & Sidonem; vixit autem in Regno XVIII. annis. Eodem anno Pisani iuerunt in exercitum contra Maioricam, & Florentini custodiuerunt ciuitatem.

Anno Domini M. CXIX. Calistus Papa in Cathedra Petri ponitur, natione Burgundus, & filius Comitis & Archiepiscopus Viennensis, qui veniẽs in Italiam peruenit Romam, à Clero & Populo honorabiliter susceptus. Cùm autem veniret Burdinus, quem Henricus Imperator Papam fecerat, à facie Calisti fugiens, in Sutrio se reclusit; sed ibidem captus traditus est Calisto, quem positum super camelum versa facie ad tergum, habens caudam cameli in manibus pro fræno, ipsum sic mandauit

præce

præcedere; poſtea verò in quadam Arce fecit recipi, & ibidem ignobili morte vitam finiuit. Eodem anno Ordo Præmonſtratenſis incæpit in Diœceſi Laudunenſi. Eodem anno, mortuo Boamundo Rege Hieroſolymitano, Ciues & Clerici alium Regem creant, Comitem videlicet Ediſſenum nomine Balduinum, cognatum prædeceſſoris, qui tranſito Euphrate, caſu venerat Hieroſolymam, loquuturus cum prædicto ſuo cognato. Hic concorditer fuit electus, & in die ſancto Paſchæ conſecratus.

Anno Domini M.CXX. conceſſum fuit priuilegium Lucenſibus per Dominum Corradum Marchionem ſuper Ripaticum Piſanorum, dum eſſet in obſidione Pōturmi, & in anno ſequenti promiſſum fuit reſtituere dictum Ripaticum Lucenſibus per Piſanos.

Anno Domini M. CXXI. Caliſtus

ſtus Papa Eccleſiam Compoſtellanam pro reuerentia beati Iacobi, qui ibidem quieſcit, multum decorauit, faciendo Epiſcopum Metropolitanum, & ſubiiciendo eidem totam Emeritanam Prouinciam. Eodem anno idem Caliſtus Eccleſiæ Lucenſi pallium conceſſit.

Anno Domini M. CXXII. Henricus Imperator, cum Caliſto Papa pacem facit iteratò, cum debita reuerentia & ſubiectione: & ſic omnes Sciſmatici ad gremium Eccleſiæ redeunt; quidam tamen mala morte perierunt ante pacem factam. Anno eodem Comes Ediſſenus, & Galeranus frater eius capti ſunt à Balach Rege quodam Saracenorum: inſuper & Rex Balduinus, & incluſi fuerunt in quodam caſtro fortiſſimo, celſitudine nimis arduo, ac * munitiſſimo collatato: tandem diuina virtute euaſerunt illæſi, & in quo

* munitiſſimè collocato;

quodam castro se collegerunt; ad quod veniens Balach, suffodit castrum, & ipso capto, omnes de castro mala morte peremit, illis solis, videlicet Balduino, Gostellino, & Galerano prædictis, indulta vita.

Anno Domini M. CXXIII. Henricus Quintus, Quarti Henrici filius regnat, qui patrem suum longæuæ, defectæque ætatis captiuat, & positus in carcere moritur, pœnam sustinens de iniuriis, quas sæpiùs Ecclesiæ intulit; sed quamuis apud Deum ista mereretur, non tamen apud filium; vnde iusto Dei iudicio punitur, vt sine filiis moriatur: cui successit Lotharius, anno videlicet Domini M. CXXIII. vt infrà patebit.

Anno Domini M. CXXIIII. Christiani qui erãt in Syria videntes mala, quæ Balach inferebat Christianis, congregauerunt se contra ipsum, Armeni videlicet, Antiocheni, & Edisseni,

ſeni, & de omnibus regionibus, cum principalibus Latinis, commiſſáque pugna Balach occubuit, cuius caput tulerunt in Hieruſalem, & ſic liberatus eſt Balduinus, & fratres.

Anno Domini M. CXXV. Caliſtus Papa moritur, & in Eccleſia * Latauanen. ſepelitur. Hoc eodem anno Florẽtini deſtruxerunt Feſulas quantùm ad aliquas ſui munitiones. Hoc eodem tempore floruit Vgo de ſancto Victore, apud Pariſios, quem Riccardus magnum Philoſophum, & pium Patrem deſcribit.

* Lateranenſi

Anno Domini M. CXXVI. Honorius Papa creatur, natione Bononienſis. Hic vadens in Aquilam, * è militia Baronum cognoſcens, Rogerium Siculũ, facto ſibi homagio, iuramento fidelitate firmato, ipſum de Ducatu Apuliæ, & Siciliæ inueſtiuit. Eodem anno conceſſio facta fuit Lucenſibus Conſulibus per Corradum

* & malitiam

radum Dei gratia Marchionē Thuſciæ,de Podio, & tota Curte de Noſſano,& de eius aſtrictu, & plano, de lacu, & paſcuis, paludibus, & pratis, & de omnibus ædificiis in dicta regione ſitis, & de omnibus terris cultis & incultis.

Anno Domini M. CXXVII. Honorius duos Patriarchas, * Aquilonenſem videlicet, & Gradenſem depoſuit, quia fortè ſciſmaticis fauorabiles fuiſſe inuenit. Eodem tempore Ordo Templariorum incæpit,ſic dictus, quia milites dicti Ordinis in Hieruſalem iuxtà porticum Templi ſuam habitationem fecerunt.

* Aquileienſem

Anno Domini M. CXXVIII. Boamundus ſuprà nominatus Rex Hieroſolymorum,cui ex merito Antiochenum Dominium adiunctum eſt,moritur: ſed antè mortem ſic de ſe ipſo diſponit, quòd filiam ſuam filio antiquioris Balduini tradit vxorem,

rem,& quantùm in ipſo eſt relinquit hæredem. Hoc eodem anno Lucenſes deſtruxerunt caſtrum de Buiano, & obſederunt caſtrum Aghinoſo, & eodem anno valuit ſtarium frumenti den.XXVI.

Anno Domini M. CXXIX. Balduinus prædictus à Paganis occiditur, cuius filius Guillielmus Dux Aquitanorum, & Principatum Antiochenum accepit, Regno Hieroſolymitano Fulconi Comiti Andegauẽſi dimiſſo. Iſti enim Principes transfretauerant, & ſecundùm ipſorum probitatem ſibi acquiſierant Principatum. Hoc eodẽ anno Lotharius Dux Saxonum poſt Henricum Quartum regnat. Hic primo Imperij ſui anno contra Boemos vadens, quorundam ſuorum Principum * traditione, magnam ſtragem ſuorum militum paſſus eſt. * prodi-tione,

Anno Domini M. CXXX. tanta

ſiccitas

ſiccitas fuit in Francia, vt flumina, lacus, fontes, & putei ſiccarentur; ignis quoque per rimas terræ ſic intrauerat, quòd nec imbribus, nec frigore, nec alia quacunque arte, biennio extingui potuit.

Anno Domini M. CXXXI. Honorius Papa moritur, & in Eccleſia Lateranenſi ſepelitur : ſedit autem annis quinque, menſibus duobus, & diebus tribus. Interim autem vacillat Eccleſia Romana ſuper electione ſummi Pontificis, pro qua Lotharius exercitum parat ad ſubueniendum contra Rogerium, qui minori parti Cardinalium videbatur fauere, ex quo ſciſmatis in Eccleſia cauſam dedit, vt rei poſtea probauit euentus.

Anno Domini M. CXXXII. Innocentius Secundus in ſede ſancti Petri collocatur; hic natione Romanus è regione Tráſtyberina. Hic eodem anno ſui Pontificatus exercitum congre

congregat contra Rogerium Siciliæ Regem;ſed malè ceſſit ſuæ genti.

Eodem anno Petrus Leonis ſe eidē opponit Innocentio, aſſerens ſe legitimum Pontificem, quia à ſaniori parte Collegij dicebat electum,quáuis minori; faciebatque ſe vocari Anacletum.Hic filius fuit vnius Cardinalis.

Anno Domini M.CXXXIII. dictus Innocentius videns fortiorem partem Petri Leonis in Vrbe, ſe recollegit in domibus Frigepanēſium, quæ erant tunc infra Colizeum,quia dicta munitio tota fuit ipſorum; ſed Petrus Leonis dictas domos inuaſit, ſed non præualuit. Tunc videns Petrus Innocentium, & totam Curiam eſſe incluſam, & timidam, ad ſpolia intendit: vnde acceſſit ad ſanctum Petrum, & totum theſaurum exhauſit; & hoc idem fecit in ſancta Maria Maiore:de quo theſauro ſic corrupit

Romanos, quòd omnes ab Innocentio quasi videbantur auersi. Tunc Innocentius cum Cardinalibus in duabus Galeis clandestinè transiuit in Galliam, & à Rege Francorum honorificè est receptus. Eodem anno Lotharius Imperator cõfirmauit Lucensibus omnia priuilegia, & immunitates, quæ concesserat eis Henricus Tertius, quæ habentur suprà in M. LXXXI. Concedit etiam eis libertatem in fluuio Sercli, & in mari Motronis, ac in Ripatico Lunensi.

Anno Domini M. CXXXIV. Innocentius in Claramõte Concilium congregat, tractans ibidem quæ ad bonum statum Regni pertinent, & totius partis Occidentis. Eodem tempore floruit Gilbertus Philosophus, dictus Porretanus, siue vniuersalis, quia in qualibet scientia videbatur doctus, de Britannia natus, sed factus postea Episcopus Laudunensis, modico

dico tempore ſuperuixit.

Anno Domini M. CXXXV. Henricus Rex Anglorum famoſiſſimus, cum omnium dolore vita defungitur, & Stephanus nepos eius Regnũ inuadit contra filiam dicti Henrici, quæ in Regno iure hæreditario ſuccedebat. Huic autem Stephano nepoti ſuo quoſdam Conſulatus dederat in Normandia, vnde ex hoc audaciam aſſumens, factus eſt ſibi ingratus.

Anno Domini M. CXXXVI. Ludouicus Rex Francorum filio ſuo Ludouico vxorem dedit filiam Ducis Aquitaniæ, nomine Helionoram, celebratiſque nuptiis filio ſuo Ludouico, dictus Ludouicus pater ad paucos dies mortuus eſt, ſepultuſque in Baſilica ſancti Dionyſij. Hic filium ſuum Philippum maiorem natu, eo viuente, coronari fecerat in Regem; eo verò mortuo ad paucos dies di-

ctus Philippus morte subita pariter moritur, præcipitatus equo.

EODEM anno Lucenses cum magna victoria destruxerunt castrum de Ficeclo.

Anno Domini M.CXXXVII. Innocentius Papa ad petitionem Baronum Franciæ, Ludouicum fratrem Philippi defuncti minorem natu Rhemis in Regem coronat, & inungit. Hoc tempore floruit Albericus Porretani successor, de ciuitate Rhemensi, magistro suo non dispar, qui postea factus est Archiepiscopus Bituricensis.

Anno Domini M. CXXXVIII. Innocentius Rhemis Concilium celebrat particulare pro bono statu Regni, vbi & requiritur à Lothario Rege Alamanniæ, & Imperatore electo; sed nondum habente benedictionem Imperialem dictam, quantùm ad Coronam, licèt confirmationem,

nem, & acceptationem ſuper electione Imperij iam haberet.

Anno Domini M. CXXXIX. Innocentius hortatu Lotharij de Gallia rediens, venit in Italiam, cui occurrit Lotharius cum exercitu magno, & cum Archiepiſcopis, & Epiſcopis ipſum Romam deducit; Petrum verò Leonis expugnãs, totamque ſuam progeniem extirpans, ipſas ab Vrbe relegat, & Innocentium in propria reſtituit ſede. Eodem anno Lotharius in Laterano ab Innocentio coronatur.

Anno Domini M. CXXXX. Innocentius attendens beneficia quæ contulerant Piſani, & Ianuenſes Eccleſiæ, & toti Chriſtianitati, de ipſorum nauigiis, circa ipſos ſollicitatur, & piam curam gerit: vnde primò inter ipſos pacem ponit: demùm ipſorũ Diœceſanos in dignitate præponit: nam Epiſcopum Ianuenſem Ar-

chiepiſcopum facit, qui priùs Mediolanenſis Suffraganeus erat: Piſanũ verò ſimiliter Archiepiſcopum facit in Thuſcia, & Primatem in Sardinia. Eodem anno ignis accenſus eſt Lucæ ſecundò in Burgo ſancti Fridiani.

Anno Domini M. CXLI. Lotharius poſt ſuam coronationem zelo Dei accenſus, & Eccleſiæ, ſicut verus Catholicus, & Eccleſiæ aduocatus, congregato exercitu contra Rogerium Regem Siciliæ vadit, & ipſe Innocentius cum ipſo, quia dictus Rogerius ſe erexerat contra Papam, & quia Ducatum Apuliæ occupauerat; inſuper & Petro Leonis fuerat fauorabilis. In Apuliam igitur potenter intrantes, Rogerium inde fugant, & ipſo in Siciliam fugato, ducatum Apuliæ Raynoni Comiti tradunt: * huic autem Piſani nauigio ſummo Pontifici plurimùm aſtiterunt.

Eodem anno luna paſſa eſt eclipſim

psim colorem cinereum habens.

Anno Domini M. CXLII. Vicecomites duo, videlicet Vguccio, & Velter inuestierunt Consules Lucensis Communis de medietate integra de tota Curte de Coruaria,& de eius Podere, & pertinentiis; videlicet, à Malmo de Sala vecchia deorsum vbicunque est,& in monte,& in plano, & inde Lucense Commune faceret quicquid vellet ab inde in antea.

Anno Domini M. CXLIII. Lotharius cum Innocentio rediens Romam,cum gratia Papæ recedit,transiẽs per Thusciam, & Lombardiam, redit in Theutoniam, ibiq́ue ad modicum tempus, sicut verus Catholicus, gloriosè vitam finiuit:cui succedit Corradus, qui & si regnauerit in Alamannia per aliquos annos,benedictionem tamen Imperialem non habuit: vnde in catalogo Imperatorum non computatur. Eodem anno

Cremonenses cum sua societate territorium Mediolani intrant,& ipsum deuastant. Eodem anno in Francia floret Baalardus in Philosophia famosus,& Peripateticus,ac in Cluniacensi Ordine Abbas.

Anno Domini M. CXLIV. Corradus Rex Alamaniæ in Terram sanctam cum sua gente, & multitudine Gallicorum se transfert;sed cùm trāsissent per Græciam, ad quam de Theutonia per terram perambulari potest, dolo Græcorum multi ibidem perierunt,eo quòd calcem cum farina miscuerunt,& inde panem facientes dabant eis ad manducandū.

Eodem anno Pisani fuerūt deuicti à Lucensibus in monte Vurnensi, in loco dicto *al lago del Pinsò*: & in eodem anno Pisani intrauerunt vallem Massæ.

Anno Domini M.CXLV. Innocentius Romæ Concilium solemne

celebrat

celebrat in Laterano; celebratoque Concilio infirmatur, de qua ægritudine moritur, & in Lateranensi Ecclesia in concha Porphyrica honorificè sepelitur, anno XIII. sui Pontificatus. Hoc eodem tempore floret Parisiis Riccardus de sancto Victore, vir magnæ religionis & scientiæ. Eodē anno Corradus rediit de Terra sancta, vbi cum aliis Christianis gloriosè contra Saracenos certauit. Hoc etiam tempore fuit Libertus Damascenus, qui vixerat à tempore Caroli magni, cuius armiger fuerat, & isto tempore defunctus.

libertus uiuit tempore caroli magni et moritur 1145

Anno Domini M. CXLVI. Celestinus natione Thuscus in Papam assumitur, seditque mēsibus quinque; cui succedit Lucius natione Bononiensis, sedit mēsibus XI. sepultusque est in Laterana Ecclesia. Hic autem fuit Presbyter Cardinalis, qui Ecclesiá sanctæ Crucis à fundo renouauit.

Anno Domini M. CXLVII. Rex Alap de Turcarum ſanguine, cæpit Edeſſam ciuitatem, quæ in Scriptura Arach appellatur, omnesque Francos, quos ibidem inuenit, aut morte, aut ſeruitute damnauit: Archiepiſcopum verò ciuitatis, cum toto Clero, quia Chriſtum abnegare noluit, decollari mandauit; & ſic ciuitas, quæ ab Abagaro Rege eiuſdem Orthodoxo, cui Chriſtus ante ſuam paſſionem (ſicut legitur in Eccleſiaſtica hiſtoria) epiſtolam direxit, & per Apoſtolum prædicata, & Chriſto dedicata, tunc primùm à Gentibus profanatur.

Anno Domini M. CXLVIII. per ſanctum Bernardum Crux prædicatur in Gallia, auditisque abominationibus, quas in dictis partibus Agareni, & Turcæ fecerant, non modica commotio ibidem eſt facta. Eodem anno Eugenius in Cathedra Petri collo

collocatur, natione Piſanus. Hic cùm Abbas eſſet ſancti Anaſtaſij, ex inſperato apud Eccleſiam ſancti Cæſarei in Vrbe, à Cardinalibus eſt electus, & propter metum Senatorum, qui contra voluntatem ſui prædeceſſoris fuerunt facti à Populo, ad Monaſterium Farfenſe ſe cum Cardinalibus tranſtulit, ibique miniſterium conſecrationis accepit. Hic cùm exiſtens Monachus magnæ videretur ſimplicitatis, tanta gratia perfudit eum Dominus, & eloquentia, quòd omnibus factus eſt in admirationẽ. Hic à Rege Ludouico vocatur in Frãciam, pro ſubſidio Terræ ſanctæ.

Anno Domini M.CXLIX. Eugenius Papa tranſit in Galliam, Rhemis Concilium celebrat, ipſumque Regem vltramarina Cruce ſignat, multoſque alios Principes & Barones, multumque Clerum, & Populũ.

Iſto eodẽ anno Corradus moritur poſt

post reditum suum de terra vltramarina; cui succedit Federicus primus. Hic nobilis, largus, facundus, & strenuus scribitur, qui multo tempore regnauit, qui aliquando fauorabilis Ecclesiæ, aliquando malè reuerens, sicut infrà patebit.

Anno Domini M. C L. Rex Ludouicus cum multitudine Principũ & Baronùm, Cleri & Populi iter arripit vltramarinæ peregrinationis, in cuius comitiua cum sua gente Theutonica Federicus se parat, & cũ multo periculo rerum & personarum peruenerunt Antiochiam.

EODEM anno castrum de Vurno fuit à Lucensibus destructum.

Anno Domini M. CLI. Eugenius de Gallia Romam redit. Et eodem anno Comes Guido cum multa militia venit contra Lucenses, trium videlicet millium militum, & in dicto monte fuit maxima pugna; tandem

tamē præualuerunt Lucenſes,& fuerūt de dictis militibus multi mortui, & multi capti. Eodē anno Federicus cum ſua gente redit ad propria, relicto Rege Ludouico cū exercitu ſuo, cui minùs proſperè in eundo ceſſit; propter quam cauſam dictus Federicus retroceſſit. Dictus verò Rex Frãcorum cum vxore ſua Helionora pro ſua peregrinatione perficienda,venit in Hieruſalē,ibique aliquibus quieſcit diebus. Hoc tempore floret Gratianus Monachus, natione Cluſinus, prouinciæ Thuſciæ, qui Decretum compoſuit, ſicut dixit Vguccio II. q. VI. c. forma.

Anno Domini M.CLII. Rex Ludouicus exercitum parat ad eundum contra Damaſcum, congregataque Francorum militia Templariorum, ac Hieroſolymitarum, Damaſcum obſidet: ſed repulſus eſt à Damaſcenis cum adiutorio Babyloniorum;

ſicque

ſicque Hieroſolymam redit non cum honore. Eodem anno caſtrum dictum de Monte *di Croce Vurnenſe*, reſtitutum fuit Lucenſibus per Comitem Guidonem. Eodem anno fuit magna fames & mortalitas in partibus Thuſciæ.

Anno Domini M. CLIII. Federicus Imperator venit in Lombardiam nondum coronatus: volens autem terram ſibi ſubiicere, reſiſtentiam inuenit, & præcipuè Mediolanenſium; propter quam cauſam proceſſu temporis, ipſo in Imperio confirmato, ipſum deuaſtauit. Eodem anno Ludouicus Rex Francorum præfatus, conſiderans in Terra ſancta nõ multùm proficere, ſuamque peregrinationem non fuiſſe felicem, relicta ibidem cum Balduino Rege Hieroſolymorum pro maiori parte ſua militia, cum paucis Pariſios rediit, non ſine magno Galliæ luctu. Hunc autem

Ludoui

Ludouicum gesta Francorum multùm commendant, excepto quòd vxorem suam Dominam Helionorá repudiauit, accepta alia filia Ansus Regis Hispaniæ. Tradunt tamen historiæ fecisse ex certa causa, consilio, & assensu Eugenij Papæ, Bernardi Clarauallensis Abbatis, & Goddefredi Lingoniensis Episcopi.

Anno Domini M.CLIV. Balduinus Rex Hierosolymorũ, frater Comitis Andegauensis, licèt iuuenis, strenuissimus tamen in armis, & in regiminè gratiosus, & prouidus, cum militia sibi dimissa Francorum, & sua, inuadit Aschalonem præcipuam ciuitatem in terra Philistinorum: ipsam obsidet, & vltimò capit. Ciuitas autem erat munitissima super mare sita, versùs Ægyptum. Eodem anno Princeps Antiochensis cum Rege Alap pugnat, & in bello succùmbit, ac ab ipso capitur, & occiditur.

Anno

Anno Domini M. CLV. Eugenius Papa moritur,& in Baſilica beati Petri ante altare ſepelitur,ſeditque in Cathedra Petri annis octo, & mẽſibus IIII. Huic Eugenio beatus Bernardus literas multùm mordaces,circa regimen ſummorum Pontificum, ſcripſit, & de faſtu, ac proteruia Romani Populi.

ANNO eodem Federicus Imperator conceſſit,ſiue confirmauit Lucẽſibus monetam eis conceſſam per ſuos anteceſſores Imperatores.

Anno Domini M. CLVI. Anaſtaſius in ſummum eligitur Pontificem; ſedit anno vno, & menſibus quatuor. Hic iuxta ſanctam Mariam Rotundã fecit vnum Palatium,ibidẽque habitabat ex ſpeciali deuotione.

EODEM anno Federicus deſtruxit partem Vrbis, & Porticum ſancti Petri, & portas admouit; deinde veniens in Lombardiam, multa mala

Porticus S. Petri

Medio

Mediolanensibus intulit. Eodem anno Stephanus Rex Anglorum moritur, qui filiam Henrici Angliæ dolo regno priuauerat, vt suprà est dictũ. Hic sine filiis moriens, vero Dei iudicio; iure hæreditario, seu propinquitatis, eidem succedit Henricus filius Gaddefredi Comitis Andegauensis, & nepos Balduini Regis Hierosolymorum, qui in breui regno acquisito pacificè Londoniis coronari se fecit, cum Helionorâ vxore sua, quam Rex Francorum repudiauerat, & quam habuerat annis xv. Hæc Domina filia fuit Ducis Aquitaniæ, vnde dictus Henricus ex ea maximum sibi acquisiuit dominium. Et attendendum de isto Rege, vt Riccardus tradit, quia iste Rex ex triplici parte exaltatus, & augmentatus est in dominio. quia ex patre Andegauiam, Turoniam, & Cenomanniam possidebat; ex vxore Aquitaniam,

Pictauiam,& Terram Lemouicinenſem; ſed ex matre obtinuit regnum, & Comitatum Normanniæ.

Anno Domini M. CLVII. Adrianus creatur in Papam, natione Anglicus. Hic primùm Epiſcopus Albanenſis factus eſt Legatus in Noergiam ad illam gentem conuertendā; quod fecit: poſt reditum verò, mortuo Anaſtaſio, in ſummum Pontificem eſt electus. Hic propter vulnerationem cuiuſdam Cardinalis, ciuitatem Romæ Eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, quouſque dignè ſatisfieret de tam enormi delicto. Hic Guilielmum Regem Siciliæ, tanquam ſibi rebellem excommunicauit.

EODEM tempore Hēricus Rex Anglorū exercitū congregat per Ducatū Aquitaniæ, ciuitatē Toloſanā inuadit, dicens ipſam ad eum pertinere ratione vxoris ſuæ, cui de iure dicebat competere ex hæreditate: vnde

regio

regionem dictæ ciuitatis deuaſtat, & ad obſidionem ſe parat: ſed Rex Francorum ciuitati fauet,& auxilium præbet; ſic ciuitas euadit manus prędicti Regis Anglorum: cauſa autem fauoris Ludouici ad ciuitatem Toloſaná aſſignatur à Riccardo, quia Comes ſancti Ægidij ſororem habebat dictæ vxoris Regis Henrici,ad quam magis pertinebat.

Anno Domini M. CLVIII. Federicus ab Adriano coronatur in Eccleſia ſancti Petri,qui cùm veniſſet Romam, & pacificè ac cum multo gaudio coronatus fuiſſet, peractis omnibus,quæ ad feſtũ coronationis pertinebant,cùm ante ad ſtationem ſuá in prata Neronis exiuiſſet, Romani armata manu familiam ſequẽtem crudeliter inuaſerũt, vſque ad * centurium Imperatoris proſequẽdo; ſed inualeſcente clamore, Theutonici adunati potenter Romanos repellũt, * tentorium

& alios quidem occidunt, alios verò captiuant; sed ad preces Papæ Adriani, Imperator captiuos restituit, & pax reformatur. Isto eodem anno Rex Guillielmus Ecclesiæ facit homagium, & Adriano iuramento fidelitatis se obligat, & tunc Ecclesiæ reconciliatur, & in regno firmatur. Hic Adrianus primò de Vrbe Romæ, ad Vrbem veterem se transfert.

EODEM anno Adrianus prohibet omnibus ciuitatibus Thusciæ, sub fortissimo anathemate, monetā Lucensem cudere, & ipsa * vsialiter vti iubet.

* vniuersaliter.

Anno Domini M. CLIX. Federicus vadens Tybur, & inueniens dissipatum, præcepit Romanis vt reædificaretur.

EODEM anno veniens Spoletum, ciuitatem deuastauit ex quadam rebellione, quam eidem fecerant. Hic Federicus veniens Lucam, & audiens

Bertam

Bertam Regalem ſic dotaſſe Lucenſem Eccleſiam, eidem Eccleſiæ multa conceſſit priuilegia, & ex affectu Canonicos dictę Eccleſię vocat ſuos fratres, recipiens ſub ſua protectione.

EODEM anno Papa Adrianus fecit Gironem in Radicofino, & turribus muniuit. //

EODEM anno idem Adrianus caſtra, & multas poſſeſſiones circa lacum ſanctæ Chriſtinæ à Comitibus comparauit.

Anno Domini M.CLX. Adrianus Papa moritur, & in Vaticano in Eccleſia beati Petri ſepelitur, ſeditq́; annis quatuor. Federicus Imperator in Lõbardiam veniens, inuadit Mediolanum, & ipſum deuaſtat, & ſimiliter Placentiam; vltimò exercitum congregat ad obſidionem contra Mediolanum .... inde non recedere, quouſque ipſam capiat, & ad nihilum redigat.

Anno Domini M.CLXI. Alexander creatur in Papam, natione Senenſis, ex patre Ranuccio; ſedit annis xxi. & menſibus vndecim. Hic vicit quatuor ſciſmaticos, Octauianum, Guidonem Cremenſem, Ioannem Firmēſem, & Landonem Antipapas. Primus faciebat ſe vocari Victorem, ſecundus Paſchalem; tertius autem Caliſtum, ſed quartus Innocentium. Hi omnes fuerunt tanquam ſciſmatici excommunicati ab Alexandro, quorum tres fuerūt Præſbyteri Cardinales: hi omnes ad modicum tempus mala morte interierunt, quibus Federicus Imperator videbatur fauere, propter quandam diſcordiam, ſuper quibuſdam Imperialibus exortam, inter dictum Federicum, & Alexandrum.

Anno Domini M.CLXII. ciuitas Mediolanenſis obſeſſa biennio & vltrà, capitur, & ab ipſo in toto deſtruitur,

tur, ipſam arari facit, & ſalem ſeminari. Eodem anno Piſani & Florentini deuicti fuerunt à Piſtorienſibus apud Carmignanum.

EODEM anno corpora Magorum, quæ erant Mediolani, per ſanctum Euſtorgium Archiepiſcopum Mediolani .... de Conſtantinopoli miraculosè tranſlata, Rodulpho Archiepiſcopo Coloniēſi per Federicum fuerunt conceſſa, quæ dictus Archiepiſcopus cum reuerentia in Coloniam tranſportauit.

Anno Domini M.CLXIII. Vidēs furorem Populi Romani Alexander, & ſciſma, fauoremq́ue Federici ad dictos ſciſmaticos contra ipſum, in Galliam ſe transfert, tūc ratione dicti ſciſmatis, Conuentus Monaſterij ſancti Anaſtaſij cum ſuo ab .... deiectus eſt. Veniens autem Alexander in Galliam, à Rege Francorum honorificè ſuſceptus eſt, ibidemq́ue

Monastm S. Anastasij di- [illegible]

contra Federicum processum facit; sed non proficit, vt in sequentibus est manifestum; sed ad deteriora processit.

Anno Domini M. CLXIV. Federicus Imperator exercitum congregat Theutonicorum, & duos Reges habet in sua comitiua, videlicet Boemiæ, & Daciæ, cum vtriusque gente & populo; veniensque in Burgundiam contra Regem Francorum, conabatur ipsum offendere, siue delere; sed non præualuit, adiuuante Rege Angliæ Regem Franciæ, immò cum confusione recessit, in Alamanniam rediit: causa autem suæ indignationis contra Regem suprà est posita, quia .... Alexandri, qui in terra Regis processum fecerat suprà dictum.

Eodem anno fuit facta concessio Lucano Communi de moneta cudenda per D. Raynaldum Solomonen

monensem electum, & Henricum Leodiensem Episcopum, tunc Legatos in Thuscia Domini Imperatoris.

EODEM anno Imperator Federicus concessit Lucensi Communi Roccam Guidingam .... de Coruaria.

Rocha de Coruaria

Anno Domini M.CLXV. Imperator rediit in Italiã, & totam Lombardiam, præter Papiam, vexat, quæ eidem fauebat: deinde venit ad vrbem, & Romam inuadit cum Raynaldo dicto Christiano, & Philippo Cancellario strenuis Principibus, & amicis præcipuis; & cum exercitu suo expugnat Romam, & deuincit eos, & fuerunt in bello illo aliqui occisi, alij verò capti circa nouem millia.

ISTO eodem anno Lombardi colligationem faciunt contra Imperatorem, in fauorem Papæ, videlicet Mediolanenses, quamuis fuerint deuastati, Cremonenses, & Placentini, &

multæ aliæ ciuitates, & castra dictæ Regionis.

Anno Domini M. CLXVI. incæperunt terræmotus magni per diuersa loca; durauerunt per multos annos, in quibus terræmotibus quasi tota Syria est concussa, & in domibus,& ædificiis ruit, Antiochia videlicet, Tripolis, & Damascus, & sic de aliis ciuitatibus, & castris, quæ submersa dicuntur fuisse. Ciuitas etiam in Sicilia Cataniensis tota ruit,vbi & dicuntur periisse inter paruos & magnos xx. mill. personarum. Hoc eodem anno Dominus Guelfus Dux Spoletanus, Marchio Thusciæ, Princeps Sardiniæ, & Dominus domus Comitissæ Mattildæ concessit Lucensi Cõmuni per priuilegium omnẽ Iurisdictionem ad Ius Marchiæ pertinentem, & ad domum Comitissæ prædictæ intra sex milliaria Lucensis Cõmunis pro M. ₰. Lucensis monetæ

tæ ſoluendis vſque ad LXXXX. annos.

Anno Domini M. CLXVII. Federicus obſedit Anconam, qui ſe tradiderũt eidem pro mortuis & captis. Ancon

EODEM anno ignis accenſus eſt in Caldoria, & combuſſit omnes domos filiorum Arnaldi, vſque ad angulos filiorum Faginæ, & vſque ad ſanctum Saluatorem in Muſtorio. Eodem anno Mediolanum, & Cremona auxilio amicorum reædificantur.

Anno Domini M.CLXVIII.* Mediolanum, Cremonam, & Placentiã in deſpectum Federici, & contra Papienſes, ciuitatem ædificant, quam ob reuerentiam Alexandri Papæ, ipſam Alexandriam vocant; & vt famoſior eſſet ciuitas, inſuper Alexander prædictus conſtituit dicto loco Epiſcopum: ciuitatem verò Papienſem, quia Federico fauebat, priuat Cruce,

* Mediolanenſes, Cremonenſes, & Placẽtini.

Alexandria

Cruce, & pallij dignitate.

EODEM anno inchoata est guerra inter Lucenses, & Pisanos, & in eadem die Lucenses intrauerunt villam de Chuosa, & combusserunt, & deuastauerunt.

EODEM anno iuerunt ad castrũ de Astiano, & ibi pugnauerunt contra Pisanos, & deuicerunt eos, & cæperunt ibidem multos milites, & pedites de Pisanis.

Anno Domini M.CLXIX. Velter de Coruaria, & filij, cum Gaiferro, & filio Vguccionis, & Raynerio filio .... intrauerunt arcem Flamingam, & rebellauerunt à ciuitate Lucensi, colligati, & iurati cum Chatanis de Versilia, & de Garfagnana, & cum Pisanis contra Lucenses; & tunc Lucenses congregauerũt gentem, & iuerunt armata manu
*Calẽdas contra arcem, & VIII. * balistas Ian. obsederunt & expugnauerunt eam,

& vi

& vi belli cæperunt, captis hominibus qui erant in arce: combusserunt insuper burgum de Coruaria; sed arcem tenuerunt.

EODEM anno Tancredus Vicecomes de Pisis tradidit castrum de Agnano Lucensibus, & fuerunt Pisani deuicti milites, & pedites, & fugati vsque ad Arnum, & multi submersi sunt in palude, & hoc fuit in Calendis Martij. Et eodem anno XXIII. die Aprilis, profecti sunt Lucenses ad deuastandam planitiem dictam de Fillungo in Versilia.

Anno Domini M.CLXX. Lucenses destruxerunt burgum de Brancagliana, & erant CCCCC. milites cum magna turba populi. Pisani autem obsidebant arcem Guidingam, vt audierunt aduẽtum Lucensium, statim cesserunt, & iuerunt ad expugnãdum castrum de Agnano. Quod audientes Lucenses insecuti sunt eos:

sed

ſed non expectantes Piſani, ad propria redierunt.

EODEM anno Lucenſes deuaſtauerunt planitiem ſuprà dictam de Fillungo in Verſilia Cathanorum.

EODEM anno Florentini deuicerunt Aretinos.

EODEM anno Lucenſis populus
....
.... forti portauerunt victualiam pro arce de Coruaria.

EODEM anno intrauerunt Garfagnanam, & ibidem multa caſtra deſtruxerunt, multa cæperũt, & multa etiam combuſſerunt.

EODEM anno deuaſtauerunt Pedonam, VII. die Maij.

EODEM anno deuaſtauerunt regionem de Vallecchia XVI. die Iunij.

EODEM anno exiſtentes Lucenſes in Verſilia fuerunt deuicti à Piſanis, & eorum amicis propè Viaregiũ, & per

& perdiderunt tunc caſtrum de Viaregio. Tunc Lucenſes iteratò congregati ſunt contra Piſanos, & in eodem loco inuaſerunt eos, & fuit pugna fortiſſima, & deſtruxerunt eis Barbacane, & violenter intrauerunt eorum campum, & ſic inchoauerunt hæc in aurora, & durauit bellum cũ fuga vſque ad nonam. Dum autem Lucenſes fugarent Piſanos, quidam milites Lombardi cum Cathanis, & aliquibus Piſanis intrauerunt campũ Lucenſem. Redeuntes autem Lucenſes pugnauerunt cum eis, & deuicerunt eos, licèt cum aliquorum fatuorum damno; durauit autem prælium vſque ad noctem.

Anno Domini M. CLXXI. Lucenſes cæperunt Ghiuizanum, & cõbuſſerunt Calauornam. Ghiuizzano

EODEM anno Lucenſe Cõmune inuenitur emiſſe à Truffa Mezolombardi boſcum, & totam terram, ſuper

per

per qua est ædificata turris, quæ est in faucibus Sercli, & faucibus maris vsque milliarium, & à mari vsque ad Montrauantum.

EODEM anno inueniuntur pacta inter Lucenses & Pistorienses, qualiter Pistorienses iuramentum fecerunt de saluando Lucense Commune, & custodiẽdo Lucenses Ciues in hauere,& personis.Item de dando adiutorium Lucensi Communi in guerra, quam habent, dando eis milites,& pedites propriis eorum expẽsis xx. diebus. Item de dando eis similiter in anno per vnum mensem continuum CL. milites,& D. pedites, & balistarios ad ipsorum requisitionem post VIII. dies.

Anno Domini M. CLXXII. Lucenses destruxerunt S. Miniatem, & combusserunt ipsum.Item quoddam castrum,dictum Fuscanum. Item eodem anno in Calendis Ianuarij Lucenses

censes destruxerunt Viaregium.

Eodem anno destruxerunt quoddam castrum dictum Montem Archanum, & multa alia castra. Item eodem anno filij Vbaldi tradiderunt castrum dictum Montrauanto Pisanis, & castrum de Bozano, propter quam causam factum est prælium maximum inter Lucēses, & Pisanos, & hoc fuit in Plagia marina. Vltimò Pisani versi sunt in fugam, & dicta castra fuerunt capta à Lucensibus, & combusta.

Anno Domini M. CLXXIII. intrante Ianuario Corradus Gaiferri, & filij recuperauerunt arcem Guidingam.

Eodem anno ignis accensus est in Chiasso.

Eodem anno Lucenses cæperūt Chiozano, & combusserunt: & etiam fuit Cōsul filius Rolandi: In quo anno illi de domo Soffredinga promis-

ſionem fecerunt de iuuandis eorum expenſis in exercitibus & caualcatis, & iſta promiſſio fuit firmata iuramento,& pœna vallata.

Anno Domini M.CLXXIV. Florentini .... deuicerunt Senenſes apud caſtrum de Aſciano.

EODEM anno collatum fuit caſtrum de Montrauanto Communi Lucēſi per Truffam Mezolombardi.

EODEM anno Alexander Concilium aduocat contra Federicum, & pro bono ſtatu vniuerſalis Eccleſiæ.

EODEM anno Federicus videns Lombardiam & Thuſciam ſibi paſſim rebellare, timens ſibi de dicto Concilio, nuncios mittit ad Alexandrum ſuper concordia facienda, offerens ſe ad emendam ſuper tanta,& tam diurna diſcordia.

EODEM anno moritur ſanctus Thomas Canthuarienſis Epiſcopus.

Anno

Anno Domini M. CLXXV. Cõcilium celebratur Curibus.

EODEM anno quaſi tota Italia ad concordiam reuocatur; pax etiam fit inter Guillelmum Regem Siciliæ, & Emanuelem Imperatorem Conſtantinopolitanum. Federicus ad Concilium nuncios mittit de concordia inter ipſum, & Papam tractaturos, de tanta Italicorum concordia contra ipſum in fauorem Papæ expaueſcẽs.

EODEM anno inuenitur facta remiſſio per Imperatorem Federicum Lucenſibus, de omni iniuria illata nuntiis eius per Lucenſes ciues.

EODEM anno inuenitur ſententia lata per Imperatorem Federicum contra Piſanos, de moneta non cudenda in ea forma, & cuneo, qua & quo Lucenſes cudere poſſunt.

Anno Domini M.CLXXVI.Federicus ad gremium Eccleſiæ redit, & Venetiis abſoluitur à Legato Papæ,

& pro emenda, Crucem aſſumit vltramarinam, cũ multa militia Theutonica & infinita populi turba. Alij dicunt, vt Geſta Lucanorum, & Florentinorum, quòd XVIII. ann. fuit in diſcordia cum Alexandro.

EODEM anno inuenitur datum bamnum Piſanis per Imperatorem Federicum, quia contra pacta fecerunt inter Commune Lucenſe & Piſanum de moneta cudenda eo modo, & forma, qua Lucenſes cudebãt.

Alex. 3 Anno Domini M.CLXXVII. Alexander in Italiam redit, & per mare transfretans applicuit in Siciliam apud Meſſanam, vbi eidem occurrit Rex Guillelmus, & ipſum honorificè recipit, Regnum ab ipſo recognoſcit, iuramento fidelitatis renouato.

EODEM anno Vberti de Florentia cum Conſulibus guerram mouẽt, & durauit duobus annis.

Anno Domini M. CLXXVIII.

Alexan

Alexander Romam veniens, Concilium aduocat pro recuperatione Terræ ſanctæ.

EODEM anno ignis accenſus eſt in Florentia, & combuſſit magnam partem ciuitatis, videlicet, de ſancto Martino vſque ad ſanctam Mariam ad Arnum.

EODEM anno cecidit Pons vetus ciuitatis Florentiæ.

EODEM anno Henricus Rex Angliæ miſit nuntios ſolemnes ad Papam Alexandrum ad purgandum ſe de nece beati Thomæ, quibus receptis in Tuſculana ciuitate, miſit duos Cardinales ad partes Galliæ, qui de hoc inquirerent veritatem; coram quibus Rex in animam ſuam iurauit, quòd nec auxilio, vel conſilio, tale ſcelus per ipſum non fuerat perpetratum; ſed quia occaſionem aliquam præbuit, ipſe quidem ſtatim Crucem aſſumit, tranſiturus intra

tres annos, & cc. milites misit benè munitos vltrà mare.

Anno Domini M. CLXXIX. Cõcilium celebratur Romæ, Crux prædicanda statuitur contra Saracenos. Federicus aufert Comitatum omnibus ciuitatibus Thusciæ.

EODEM anno obsedit Senas, & ipsam deuastat vsque ad muros.

EODEM anno Sepulchrum Domini capitur à Soldano, quod prius à Christianis tenebatur.

Anno Domini M. CLXXX. magna pars Italiæ Cruce signatur ad recuperationem terræ vltramarinæ; sed præcipuè Florentini in Thuscia, & Lucenses.

EODEM anno Federicus Henricum filium suum Regem constituit in Italia.

EODEM anno magnus fuit conflictus Saracenorum, & Christianorum, & præualuerunt Christiani.

EODEM anno inuenitur facta promiſſio & iuramentum per Bononienſes Lucenſi Communi, de moneta Lucenſi tenenda & expendenda per ciuitatem Bononiæ & totam ſuam .... & nullam aliam monetam: & ſi contrà fieret, quòd poſſet tolli vnicuique: & ſic iurauerunt mercatores, campſores Bononienſes obſeruare, & dictum fuit hoc in publico Parlamento.

Anno Domini M. CLXXXI. Philippus Rex Francorum, & Riccardus Rex Angliæ cum ſua gente vltrà mare ſe transferunt, vbi per eos & Italicos, qui ſub nomine Piſanorum agebant & denominabantur, multa gloriosè & victoriosè ſunt acta. Tũc enim roboratũ eſt dominium Chriſtianorum in tota terra Promiſſionis.

EODEM anno Guido Comes denominatus Burgundione, qui Dominus erat montis Sumani, Verruculæ,

& Serræ, iuramentum fecit Lucenſibus, ſiue promiſſionem ſub iuramento firmatam, de dando prædicta caſtra in adiutorium contra Piſtorienſes, quando contingeret Lucenſes cũ Piſtorienſibus guerram habere.

EODEM anno inuenitur iuramẽtum factum fidelitatis Lucenſi Communi, per illos de domo Suffredingorum.

Anno Domini M.CLXXXII. Alexander Papa moritur, cui ſuccedit Lucius natione Lucenſis de nobili progenie natus, vt tradunt, Allucingorum. Hic conceſſit Lucenſibus monetam cudendam, quam ciuitatem ſummè commẽdans, omnibus ciuitatibus Thuſciæ, Márchiæ, Campaniæ, & Romagnolæ, & Apuliæ in moneta præponit, adhuc imperante Federico, & regnante Henrico filio. Vnde dicta moneta ab illo tempore in prædictis partibus magis fuit

fuit vſualis: immò mandauit omnibus terrigenis dictarum regionum, & Romipetis, ac ſingulis peregrinis cuiuſcumque ciuitatis, vel Prouinciæ, quòd illa vterentur moneta in ipſorum commerciis. Vbi aduertendum, quòd duæ monetæ antiquis temporibus magis cucurrerũt in Italia, quia in Lombardia Papienſis, fauente Federico, quem dicta ciuitas ſemper fuit ſequuta; ſed in prædictis partibus, vbi Eccleſia magis dominabatur, moneta Lucenſis, eò quòd dicta ciuitas Romanæ Eccleſiæ ſemper fuit ſubiecta. Vnde de iſtis duabus monetis ſpecialiter iura faciunt mentionem, vt Innocentius Tertius, qui fuit poſt Lucium, xx. annos, cùm de cenſibus agitur.

EODEM anno inuenitur iuramẽtum factum fidelitatis Cõmuni Lucenſi per Commune de Montecatino.

EODEM anno inuenitur collatio facta Lucensi Communi de terris relictis à palude de Lauano,& de Guisciana,& terræ Colmatæ ab aqua Pisciæ è Cerbaria, & palude Sexti: & quòd totum lucrum ad Lucense Commune pertinet.

EODEM anno facta fuit pax inter Lucenses & Pisanos, in qua fuerunt pacta infrascripta, quia Consules Pisani iurauerunt Lucenses ciues habere pro Pisanis: & quòd si quod damnum inferretur per Pisanos Lucensibus, Pisanum Commune restitueret.Item si Lucenses facerēt guerram alicui ciuitati, Pisani non præberent suis inimicis auxilium. Item quòd possent Lucenses ciues mercari Pisis,sicut Pisani. Simile iuramentum fecerunt Lucenses Pisanis. Item iuramentum fecerunt Pisani Consules, Lucensibus Cōsulibus de terris Episcopi Lucensis, quòd permitterent

Episco

Episcopum ipsas liberè, & pacificè possidere.

Anno Domini M. CLXXXIII. Federicus Imperator in subsidium Terræ sanctæ vadit per terram, transeundo per Theutoniam, Hungariã, Græciam, & Armeniam. Sed cùm venisset cum gente sua in Armeniam minorem, quæ quondam Cilicia vocabatur, in quodã paruo fluuio submersus est: Filius verò eius, quem secum duxerat, corpus eius transportauit in Tyrum, ibique honorificè sepelitur. Demùm veniens Ptolemaida, obsedit eam; sed præ nimio calore infirmatus est, & mortuus, & multi nobiles cum ipso de gente Gallicana & Anglicana.

EODEM anno inuenitur iuramentum factum super securitate facta per Lucenses Consules hominibus castri de Albiano & Vrbicciano, & qualiter dicta castra iurauerunt

fideli

fidelitatem Lucensi Communi, & ipsa promiserunt eos defendere, & saluare ad honorem Lucensis populi.

Eodem tempore floruit Petrus Manducator, qui luculento sermone claruit, in tradendo historiam Bibliç, iuxta expositionem sacrorum Doctorum.

Anno Domini M. CLXXXIV. Lucius Papa venit in Thusciam & Lombardiam, accensurus corda hominum circa passagium Terræ sanctæ, & pacificaturus partes Italiæ.

Eodem anno Lucenses ædificauerunt burgum sancti Genesij contra voluntatem Samminiatensium.

Eodem anno fuit Consul Alcherius Pagani, qui ædificauit Carbonarias.

Eodem anno & tempore floruit magister Petrus Nouariensis, qui fuit Parisiensis Episcopus, scriptor sententiarum Theologiæ, in quibus cõtinetur

tinetur tota profunditas Scripturæ ſacræ.

Eodem tempore fuit Abbas Ioãchim in Calabria, in Monaſterio Floris, qui multa propheticè videbatur dicere, & libros maximè prophetales expoſuit, in quibus de futuris actionibus, & euentibus hominum agitur: ſed quia quædam dixit dubitalia, & ſe oppoſuit Magiſtro ſententiarum, primò quidem per Innocẽtium Tertium ille libellus eſt reprobatus, & continetur etiam in Codice Iuris, & aliæ ſcripturæ eius tanquam apocrypha iudicantur.

Anno Domini M.CLXXV. Riccardus Rex Angliæ rediens de vltrà mare, reuerſus eſt per Hungariam, & venit in Auſtriam Ducatum Alamãniæ. Dux autem dictæ regionis iuerat cum Federico in Terram ſanctam, ibique inter ipſum & Regem, dura fuit verborum contentio, vſque ad iniuriam

iniuriam personarum; cùmque audisset Dux Austriæ aduenisse Anglicos in terram suam, explorari fecit si Rex Angliæ esset ibi. Rex autem simulauit habitum, & in effigie coci se transtulit: sed cùm venisset Dux Austriæ cum sua comitiua, vt viderent qui essent, inuenit Regem assantem anseres, & veru voluentem, clausum in caputio Gallico more; quem fixo vultu Dux aspiciens recognouit, captumque cum sua gente deduxit Viennam, ex quo facto vindicata iudicatur iniuria: vnde ad paucos dies ipsum cũ sua gente remisit illæsum.

Eodem anno Lucius Papa per Lucam transiens, multis ampliauit priuilegiis Ecclesiam sancti Martini, & quantùm ad dignitates, & quantùm ad temporalium fructum. In quorum vno priuilegio Ecclesiam sancti Fridiani multùm commendat.

Eodem anno Henricus Imperium

rium aſſumit, licèt non coronatus; ſed per Lucium confirmatus: coronatus verò per Cæleſtinum Tertium, vt Martinus ſcribit.

Anno Domini M. CLXXXVI. Lucius Papa Veronæ moritur, vbi in ſuo ſepulchro tale Epitaphium eſſe fertur:

Luca dedit lucem tibi Luci, Pontificatum
Oſtia, Papatum Roma, Verona mori.

Dictum ponitur verſus contrariæ ſententiæ, quaſi quoddam apologeticum primi:

Imò Verona dedit verum tibi viuere, Roma
Exilium, curas Oſtia, Luca mori.

EODEM anno priuilegium conceſſum fuit per Henricum filium Federici Lucano Communi de ſex milliaribus, quod ante conceſſum fuerat per Othonem, & Henricum Secundum; multas etiam alias dignitates & priuilegia eidem Communitati conceſſit.

Anno Domini M. CLXXXVII.

Vrba

Vrbanus Tertius, natione Lombardus, in Cathedra Petri ponitur, circa finem anni. Sedit anno vno, menſibus x. & diebus xxv. Hic audiens terram vltramarinam non benè proſperari, præ nimio dolore infirmatus eſt, de quo moritur, & ſepultus eſt in Ferraria. Ab iſto Papa coronatur Hẽricus in Imperatorem, licèt multis ànnis auctoritate....... vſus fuerit Regalis ſedis, ſicut Rex Italiæ conſtitutus per Patrem. Alij autem dicunt Henricum à Cæleſtino coronatum.

EODEM anno & tempore factum eſt ſtuolum magnum in Terram ſanctam pro recuperatione eiuſdem; ſed parum Cruce ſignati profecerũt.

EODEM anno caſtrum de Fornore fuit à Lucenſibus deſtructum, & caſtrum de Montrauanto reparatum, iteratò combuſtum eſt.

Anno Domini M. CLXXXVIII. Gregorius Octauus, natione Beneuenta

uentanus, in ſede collocatur Papali. Hoc eodem anno Henricus cum Theutonicis, & Romanis multa mala infert Thuſcis.

EODEM anno Henricus regnũ Tuſculanum tradit Romanis, & deſtructum eſt ab eis.

EODEM anno fuit Poteſtas Lucenſis Paganus Ronſini.

EODEM anno fuit diſcordia inter Portam ſancti Frediani, & illos de Burgo in ciuitate Lucenſi: Porta autem ſancti Donati fauebat vni parti: Porta verò ſancti Ceruaſij, & Porta ſancti Petri fauebat alteri, & ſturmũ maximum factum eſt *alla frattas* poſtea verò per Florentinos ſunt pacificati.

DICTVS Gregorius zelando pro Terra ſáncta, ad diuerſas Prouincias literas mittit. Veniens in Thuſciam pacem facit inter Ianuenſes, & Piſanos; ſed cùm eſſet Piſis, & de tráſfre-

tatione vltramare tractaret, ibidem infirmatus eſt, & mortuus, ibidemque ſepultus. Sedit autem ſolis duobus menſibus: cui ſuccedit Clemens Tertius.

EODEM anno reperitur iuramentum fidelitatis Lucenſi Communi, per homines ſancti Quirici de Venere factum, & firmatum.

Anno Domini M. CLXXXIX. Clemens Tertius ſedit in Cathedra Petri, natione Romanus; seditque in ea annis tribus. Hic ex patre Ioanne dicto Stolari, clauſtrum fecit apud S. Laurentius de Urbe ſanctum Laurentium foris muros, palatium Lateranenſe exaltauit, ibique ſtationem ſuam fecit, ibidemque mortuus eſt, & ſepultus.

ANNO eodem Henricus vadit Neapolim, ipſamque cum ſuo exercitu obſidet; ſed inuaſit tanta epidemia caſtra eius, quòd coactus eſt inde recedere, quaſi victus. Vxor etiam ſua

ibidem

ibidem infirmata & mortua eſt. Hic Henricus aliquando vocatur Quintus,aliquando Sextus, ſcilicet Quintus dicitur in genealogia Imperatorum, Sextus in catalogo Regum, vt ſcribit Viterbienſis.

Anno Domini M. CLXXXX. Henricus Imperator capit Salernum, ſubiecitq́ue ſibi totam Apuliam, & Siciliam, omnesq́ue rebelles diuerſis cruciauit pœnis.

EODEM anno in Calendis Iulij ſol obſcuratus eſt,& durauit à Tertijs vſque ad Nonam.

EODEM anno inuenitur in priuilegiis ſancti Martini de Luca,quòd Imperator Henricus eadem priuilegia dictæ Eccleſiæ confirmauit, quæ pater ſuus dederat,Canonicos fratres ſuos vocans.

Anno Domini M. CLXXXXI. Clemens moritur:cui ſuccedit Cæleſtinus Tertius, natione Romanus, ex

Bubono patre Buondomo : sedit annis sex, mensibus octo.

Anno Domini M. CLXXXXII. nascitur Federicus Secũdus cum magno plausu, ex Henrico Imperatore Sexto, Constantiæ viro.

EODEM anno inuenitur in Registro ciuitatis Lucensis iuramentum fidelitatis factum Lucano Communi per nobiles de Vallecchia, dando, & assignando eidem Communitati terras, castrum, podiũ, casas, & alia quæ habebant in Montebello. Montebello

Anno Domini M. CLXXXXIII. Henricus Imperator intrauit Apuliam, vbi honorificè & pacificè susceptus est; transiens autem in Siciliá, quosdam reperit non sinceros ad suum dominium propter Tancredũ, & Regem Epirotarum, siue Achaiæ, qui de genere Regio Siculorum. Hos autem sibi suspectos, quosdam occidit, quosdam relegat, quosdam verò

perpe

perpetuis vinclis deputat.

Anno Domini M. CLXXXXIV. Henricus in Sicilia liberè imperat: cernésque ex omni parte Imperium ſuum eſſe integrum, ad tributum Regis Tunitij ſollicitatur, aliarumque partium Africæ, videlicet, Numidiæ, & Mauritaniæ; ſuumque habet in totum vltrà quàm haberet Rex Rogerius prædeceſſor eius in regno.

EODEM anno occaſione grauaminis quorundam Siculorum, perturbatur Eccleſia Romana.

EODEM anno inuenitur facta emptio per Lucenſe Commune * ad ius filiorum Raymundi de Podio, de Sylua regia, de monte Filectori, quæ nobiles habuerant à Comitiſſa Mattilda. Quædam autem in dicta continentur emptione, quæ hîc non dicuntur; ſed ad Regiſtrum ciuitatis Lucenſis recurritur, quia eodem tempore ibidem in duobus continentur

* à dominis.

capitulis de hoc,& de castello Aghinolfi.

Anno Domini M. CLXXXXV. Henricus Panormi moritur in palatio Regis Rogerij soceri sui, siue cognati:& quamuis Ecclesia turbaretur cum Henrico Imperatore;gratiositas tamen Dominæ Constantiæ in populo Siculo, ex gratiosa memoria sui patris apud nobiles præfatæ Insulæ, & Ducatus Apuliæ, suam prolẽ reddidit amabilem,licèt esset ibidem aliqua materia dissidij propter stirpẽ Regum suorum, & sequacium, quos extirpauerat Henricus. Et nota hîc, quòd Gesta Florentina dicunt fuisse mortuũ ann. XCVIII. Sed primũ magis concordat cũ tẽpore sui dominij.

EODEM anno,annuente Ecclesia Romana,Siculi,& Apuli,Dominæ Constantiæ pro filio suo Federico iurauerunt fidelitatem, sicq́ue regnũ in pace quiescit.

EODEM anno, annuente Ecclesia Romana, reperitur in Registro Communitatis Lucensis, illos de Balbano Lucensis Diœcesis, recepisse in locationem ad certum censum totum Podium de Balbano, & totam terrã in monte, & in plano territorij de Balbano dotalis, à Lucensi Cõmuni.

Anno Domini M. CLXXXXVI. discordia oritur inter Principes de Imperatore eligẽdo, vacauitq; Imperium aliquibus annis. Tunc autẽ in Thuscia Dux erat Philippus, vt quidam volunt, frater Henrici, & filius Federici primi. Vbi attende quòd aliquando Thuscia fuit Marchionatus, vt tempore Comitissæ Mattildæ; aliquando Ducatus, vt hîc, secundùm ordinem Imperatorum, qui pro tempore erãt. Anno igitur eodem, quod in Registro Communitatis prædictę habetur, per Dominum Philippum Dei gratia Imperialis Aulæ Ducem

Thusciæ, confirmata sunt Lucensi Communi omnia priuilegia per antecessores suos, & Imperatores eidem concessa, de quibus est dictum suprà.

EODEM anno ceciderunt duæ turres Lucæ, vt in Gestis eorum habetur, in diuersis temporibus, videlicet filiorum Hespiasame, & filiorum Cari, quæ multos homines oppresserunt.

Anno Domini M.CLXXXXVII. Cælestinus moritur, cui succedit Innocentius Tertius

Anno Domini M.CLXXXXVIII. videlicet, natione Campanus; ex patre Transmundi, cõsecratus in Cathedra sancti Petri. Hic quàm fuit gloriosus, opera ipsius de ipso testimonium perhibent; nam composuit Doctrinales, in stylo dictaminis, & profunditate sententiæ meritò cæteris præponendus: fecit librum de miseria hominũ: fecit sermones ad prædican

dicandum copioſos. Hic ædificauit in Vrbe duo miranda, vnum fuit turris, quæ hodie turris appellatur Comitis, ſingularis quidem in orbe terrarum: ſecundum fuit Hoſpitale ſancti Spiritus, iuxta ſanctum Petrum, quod multis ampliauit diuitiis; quod feciſſe dicitur, quia repræhenſus fuerat de tanto faſtuoſo ædificio turris: vnde in huius rei pẽſatum fecit Hoſpitale prædictum. Inſuper dicitur feciſſe, & dediſſe vniuerſis Eccleſijs Vrbis vnam libram argenti pro calice fabricando.

Turris Comitis

EODEM anno, vt in Actis Lucenſibus ſcribitur, dicuntur primæ factæ Societates in ciuitate Lucenſi, quarum auctores fuerunt Rodulfus Viuiani, & Lottus Chiatri.

Anno Domini M.CLXXXXVIII. Lucenſes congregauerunt exercitum in Verſilia, contra Cathanos, & Piſanos, & ibi cæperunt quoddam ca-

ſtrum, quod dicebatur Metri, & deſtruxerunt, & combuſſerunt ipſum, & ad nihilum redegerunt.

Eodem anno inuenitur in Regiſtro Lucenſis Communis, iuramentum fidelitatis factum eidem Communitati per illos de Coruaria, & de Montemagno, & filios Vbaldi.

Eodem anno Principes Alamanniæ conuenerunt ad electionem faciendam: ſed elegerunt in diſcordia, quia vna pars elegit Philippum, vt Martinus narrat, fratrem Henrici Imperatoris: alia verò pars Othonem Ducem Saxoniæ: plures tamen voces habuit Philippus, Othone.

Anno Domini M.CLXXXXIX. Lucenſes ædificauerunt burgum ſancti Geneſij, ſiue reparauerunt, vt Geſta Lucenſium dicunt, & ſequenti anno Saminiatum deſtruxerunt: ſed Geſta Florentinorum dicunt deſtructionem Samminiati, quod fortè fuit

ad exteriores domus.

EODEM tempore tradunt fuiſſe pacem in tota Italia.

EODEM anno, vt Geſta Florentinorum dicunt, Philippo prævalente in Alamannia ſub pace reformata; ſimulata tamen inter ipſum, & Othonem, ab Integrano interficitur, ſumpta audacia ex fauore, quem dictus Innocentius dabat Othoni.

Anno Domini M. CC. Otho confirmatur per Innocentium, & ex hoc quietatio. Commotio facta in Theutonia de interfectione Philippi, quæ modica non erat, manſit in Sueuia.

EODEM anno Conſtantinopolis capitur à Francis, & à Venetis, & Balduinum Comitem Flandriæ Imperatorem cõnſtituunt, vt Martinus ſcribit.

EODEM anno inuenitur in Regiſtro Lucenſis Communitatis iuramentum factum per Dominos de Monte

Montemagno dicto Communi, ad veniendum in exercitum Lucæ ad ipsorum requisitionem, expēsis propriis; & quòd tempore guerræ stabūt Lucæ quatuor mensibus; tempore verò pacis, tribus.

Eodem anno inuenitur pactio inter S. Miniatenses, & Lucenses de burgo sancti Genesij.

Eodem anno Bucardus suspenditur.

Anno Domini M.CCI. Otho coronatur Aquisgrani in Regem Alamanniæ, ad maiorem solemnitatem, & ad refrænandum impetum Theutonicorum, ex causa iam dicta.

Eodem anno Florentini destruxerunt quoddam nobile castrum nominatum Summofonte.

Anno Domini M.CCII. Tartarorum dominium initium habuit. Beatus Dominicus venit Tolosam.

*'Almimolinus

Anno Domini M.CCIII. * Almolinus

linus Imperator Saracenorum tranſit de * Mantechis ad inuadendũ Chriſtianos; veniensque Toletum comminatus eſt, quòd in deſpectum Crucis, & ipſam adorantium, Hiſpaniam occuparet. Tũc prædicata fuit Crux in tota Hiſpania & Gallia. * Marrochis

CONVENIENTES igitur Principes Occidentis, videlicet Alphonſus Caſtellæ, Sanctius Rex Nauarræ, & Rex Aragonum magnam ſecum trahunt multitudinem. Populi verò appropinquantes Saracenis, duriſſimum fecerunt congreſſum, durauitque pugna de mane vſque ad veſperas. Tantaque facta eſt ſtrages Saracenorum, totque occiſi ſunt, quòd de ipſorum ſanguine quaſi factus eſt riuus; ſicque * Almolinus ſuper vnam equam in Marrochum ſe transfert, & confuſus receſſit. Ex tunc Saraceni in Hiſpania nũquam habuerunt virtutem. * Almimolinus

EODEM anno Lucæ fuit diſcordia

inter

inter milites,& pedites; populus verò præualuit, & expulit nobiles, & fuit magnum prælium in planitie montis Chiatri: exin facta est concordia inter eos per Capitaneos Thusciæ; & sic nobiles redierunt ad propria.

Anno M. CCIV. Liuonia in finibus Daciæ conuersa est ad fidem.

Anno M. CCV. Inuenitur iuramentum factum Lucensi Communi per Potestatem de Pontremulo, de strata custodienda in tota eorum fortia,& de non soluendo ibidem pedagio, quantùm ad ciues Lucenses. Simile iuramentũ fecit Dominus Gualterottus,& Episcopus Lunensis in toto suo dominio,& districtu. Idem fecit Dominus Guillelmus Marchio Malaspina in toto suo Marchionatu, & dominio.

Anno M. CCVI. Comes Simon pugnauit contra Comitem Tolosanum prospero Marte. Facta fuit pax inter

inter Lucenſes, & Samminiatenſes.

Anno M. CCVII. factum fuit iuramentum Lucenſi Communi ab Andrea Marchione Maſſæ Lunenſis.

Anno M. CCVIII. Otho Quartus Moduetiæ ferream Coronam accepit; Romæ verò auream ab Innocentio Tertio.

Eodem anno datur bamnum per Othonem Imperatorẽ omnibus Porcarenſibus, qui occiderunt Dominũ Guidum de Pruuano Poteſtatem Lucenſem.

Eodem anno Domini de domo Suffredinga fecerunt iuramentum fidelitatis abſque aliquo tenore. Idem fecerũt & ipſorum fideles, videlicet, Commune, & homines de Limano, de Fornore, & aliæ Communitates.

Anno Domini M. CCIX. Otho Imperator Lucam veniens, Eccleſiam Cathedralem ſuis priuilegiis ornauit, confirmans priuilegia.

IDEM in platea sancti Martini inhibuit omnibus de Versilia, & de Garfagnana, qui deberent vel deberentur nobilibus de Porcari, quòd responderent eis de aliquo iure, quod eis competeret, sub pœna M. marcarum argenti.

ETIAM inuenitur iuramentum fidelitatis factum per illos de Domo Suffredinga, Lucensi Communi, & de veniendo eorum expensis in hostes, & caualcatas, seu exercitum ipsorum.

SIMILE inuenitur de Domo filiorum Vbaldi. Et de Domo de Mõtemagno: & similiter illi de Barga, & ampliùs; quia obligauerunt se per iuramentum datias, & collectas soluere, secundùm quod Lucense Commune imponeret.

SIMILE iuramentum per omnia castra Garfagnanæ.

Anno M. CCX. Otho Imperator

tor intrat Regnum Apuliæ,vnde excommunicatur,& deponitur.

Anno M. CCXI. Otho Imperator in Galliam venit in adiutorium Ferdinandi Comitis Flandriæ,& Ioannis Regis Angliæ, qui erant excommunicati, propter quod Philippus Rex Francorum,cum Ludouico filio,mãdato Papæ, contra prædictos bella mouit.

Anno M. CCXII. fuit passagium .... vltrà mare, ... quòd per eos deberet recuperari Terra sancta.

Rex Franciæ Philippus habuit victoriam contra Regem Angliæ, & iusto titulo occupauit Normãniam, Pictauiam,Aluerniam,Marchiam vltrà Pictauiam,& Aquitaniam, Papa annuente.

Anno M. CCXIII. Rex Castellæ moritur, relinquens vnicum filium; maritatis autem duabus filiabus, vi-

delicet Blanca filio Regis Francorú, & Berengaria Regi Legionensi. Federicus Rex Alamanniæ eligitur, natus annos XXI.

Malaspina FACTA fuit promissio per Lucenses Consules, Dominis Guillelmo, & Opezino Malaspinæ de saluandis eorum territoriis.

Anno M. CCXIV. Domina Berengaria vxor Regis Legionensis, cú Ferdinando filio, Regnum Castellæ inuasit & cœpit. Concessit tamen illis in singulis Villis dicti Regni, vt vnum prandium in anno perciperét; licèt Regnum hoc Dominæ Blancæ tanquam primogenitæ deberetur, tanquam vxori Ludouici Regis, vt suprà.

Anno M. CCXV. in die Resurrectionis, occisus fuit Dominus Bondalmonte Vguccionis, ab Vbertis, & ex tunc pullulauit diuisio Guelfa, & Ghibellina.

ILLI de Controne iuramentum fidelitatis fecerunt, & similiter alia castra de Garfagnana.

Anno M. CCXVI. Ordo sancti Dominici, & sancti Francisci ab Honorio confirmatur.

Anno M. CCXVII. cecidit pars turris Pagani Bonsini, & multos oppressit. Pisani, & Lucenses conuenerunt de cudenda moneta Bonalberghi, quondam Tancredi.

Anno M. CCXVIII. Ludouicus Rex Francorum venit in terram Albigensem, cum exercitu magno, & contra Hæreticos, & contra Comitem Tolosanum.

EODEM anno inuenitur compera facta per Lucenses de Mõte Summano, cum curia & pertinentiis, casis & casalino, pascuis, nemoribus, piscariis, & aliis à Domino Vgone Dei gratia Abbate sancti Antonij.

ITEM reperitur facta obligatio

Massa Lucensi Communi per Castellanum arcis Massæ Marchionis, & Castaldionem Damicellæ filiæ quondam Domini Guillielmi Marchionis Massæ, pro quadam summa pecuniæ, pro qua dicta arx remansit Lucensi Cõmuni obligata.

Anno M. CCXIX. duæ domus ceciderunt Lucæ, opprimentes mulieres L.

Anno M. CCXX. capellus turris filiorum Sismundi corruit Lucæ, & interfecit vltrà homines CC.

Anno Domini M.CCXXI. Abbas de Sexto, Dominus Manfredus, & eius Conuentus ex beneficio eisdem collato per dictum Commune, dederunt & concesserunt eidem Communitati custodiam castrorum Cerreti, & montis Caluori, & sub protectione posuerunt Lucensis Communis, & defensione. Promittẽtes quòd non locabunt, nec vendent, nec alienabunt

nabunt ſine conſenſu,& beneplacito Lucenſis Communis; & guerram & pacem ſimul facient; ſaluis ſemper redditibus,& prouentibus, quos Abbas præfatus, & Capitulum habent in dictis caſtris.

ITEM collatum fuit caſtrum de Viaregio Pagano Baldoini de Luca, ac Ciui Meſſanenſi, per dictum Federicum Imperatorem: cuius priuilegij originale dicitur eſſe in Monaſterio de Guamo, cum bulla aurea.

Anno M. CCXXII. Piſani fuerũt deuicti à Lucenſibus & Florentinis, apud caſtrum Montemoreci, quod Lucenſes deſtruxerunt, & poſuerunt homines iuxtà Bientinam, in burgo quodam.

Anno M. CCXXIII. die XI. Nouembris, caſtrum de Rotaia fuit ædificatum à Lucenſibus. Ædificatum fuit caſtrum de Caſtilione in Sylua regia ſuperiùs nominata.

Anno M.CCXXIV. Federicus Imperator cæpit vxorem Mariam filiam Ioannis Regis Hierosolymæ.

Anno M. CCXXV. prodita fuit arx Montisbelli, fugerútque omnes Lucenses qui in arce erant. Lucenses cæperunt pactione castrum de Anchiano cum arce,& destruxerunt castrum de Lombrici,vi prælij.

GVIDO Tegrimus,& Malcoaldus, & Aghinolfus Lucenses vendiderunt Lercianum, & villam Cecinæ Pistoriensibus,sex millibus libris denariorum bonorum Pisanorum: & villam de Casci, & de Collechio Guso Pistoriensibus.

MARCOALDVS fuit de Malpiglis, & est ad eum bulla Alexandri quarti pro Monasterio Frixionariæ. Aghinolfus fuit Dominus Montignosi.

Anno M.CCXXVI. Lucenses spoliauerunt & destruxerunt Castilionem

lionẽ de Versilia, excepta turri, quæ remansit; Ingherame Bernardini de Montemagno Prætore Lucensi. Lucenses cęperũt Ascianum cum plebe.

Anno M. CCXXVII. Castilionum de Garfagnana à Lucensibus destruitur in Februario, vbi fuerunt deuicti Pisani,& Garfagnini, & villæ combustæ. In Martio capta fuit arx de Mozano, cum multis hominibus, qui iuuabant Cattanos.

Anno M. CCXXVIII. Gregorius canonizat S.Helizabeth filiam Regis Hungariæ, viduam relictam Lanterauij Ducis Turingiæ.

Anno M. CCXXIX. Federicus in Hierusalem coronatur vt verus Dominus,ratione vxoris;de qua nascitur Corradus pater Corradini, qui à Rege Carolo obtruncatur.

Anno M. CCXXX. Florentini & Lucenses cum Carrocio scopauerunt totum Comitatum Senensem, vsque

ad portas ciuitatis, destruentes balnea, & xx. castra, cum captiuis M. CCLXX.

M. CCXXXI. Lucenses cõgregauerunt exercitum contra Bargam, eiusque regionem deuastarunt.

M. CCXXXII. existente Potestate Lucense Domino Aldebrandino Aldimari de Florentia, Lucenses obsederunt Bargam, & dimiserunt ibi plumbum, quia fuerunt grauiter læsi simul cum Florentinis à Pisanis, Barghigianis, & Cattanis.

M. CCXXXIII. Dominus Bernardus de Romagna fuit Potestas Lucensis.

M. CCXXXIV. Romani fuerunt deuicti à Viterbiensibus, vbi mortuus est Lambertus Millieri, Caput militiæ Lucensis, in auxilium Papæ. Federicus Corradum filium Regem Alamanniæ facit.

M. CCXXXV. duo Cardinales

redeun

redeuntes de Gallia, à Piſanis capiuntur.

M. CCXXXVI. Frater Iordanus Magiſter Ordinis Prædicatorũ obiit.

M. CCXXXVII.

M. CCXXXVIII. fuit Conſul Lucenſis Dominus Aldebrandinus Bullione. Item fuit ductus Lucam Elephas per familiam Imperatoris. elephas

M. CCXXXIX. Federicus ſuperauit Mediolanenſes ; deinde venit Lucam, vbi gratioſè fuit exceptus.

M. CCXL. Lucenſes cum Marchione Palauicino totam Garfagnanam occuparunt.

M. CCXLI. Papa Innocentius Quartus oſtendit Federico Imperatori Pontificiam dignitatem Imperiali eſſe maiorem.

M. CCXLII. cùm multi Prælati nauigarent ad Concilium in nauigiis Genuenſium, apud Meloram à Piſanis capiuntur, cum M. DC. Genuenſi-

bus, & Federico Imperatori traduntur. Nota quòd in eodem loco à Genuensibus postea superantur. Hoc anno, vt in Lucẽsibus Chronicis habetur, Petrasancta ædificatur à Lucensibus.

M. CCXLIII. Imperator Federicus duobus mensibus stetit propè muros Romæ cum exercitu infesto.

M. CCXLIV. tres magni terræmotus fuerunt Lucæ, qui turres & domos concutiebant.

M. CCXLIV. Principes Alamanniæ ex mandato Papæ elegerunt Imperatorem Ducem Lãterauiæ & Turingiæ; quo citò mortuo, elegerunt iteratò Comitem Millardiæ, nomine Guillielmum, qui citò à Frisonibus occiditur.

M. CCXLV. tradunt aliqui Federicum Imperatorem filium occidisse, accusatum sibi de rebellione, quem captum in Apuliam deducens, carceris

carceris squalore macerauit, ac suffocauit.

M. CCXLVI. Lucenses in septimana sancta iuerunt in Garfagnanã armata manu contra Cattanos, qui amputauerant manum cuidam Notario, Lucensi ciui, de dicta regione, cui Scuchinus nomẽ erat. Hoc autem fecerunt quia portauerat candelum ad luminaria sanctæ Crucis: propter quam causam prouocatus Lucensis populus combussit, & destruxit multas villas, castra, vineas, syluas, & nemora.

M. CCXLVII. Guelfi fuerunt Florentia expulsi, opera Imperatoris, in nocte sanctæ Mariæ Candelarum.

M. CCXLVIII. destructus fuit burgus sancti Genesij, in plano sancti Miniati.

M. CCXLIX. Federicus Imperater venit Florentiam, vnde cum Florentinis & Pisanis vadit Caprariam versùs,

versùs, eamque obsidet, vbi erant multi Florentini Guelfi expulsi de Florentia, vt etiam Comes Rodulphus, Dominus castri.

INTER expulsos autem Dominus Raynerius Ginghenæ de Bondalmõtibus, & multi alij. Quoscumque cæpit Imperator in dicto castro, misit in Apuliam, ac oculorum lumine orbauit. Quorum multi, assumpto Religionis habitu, Deo oculis mentis seruierunt. Imperator videns Lucenses fauere Innocentio, iteratò mittit dictum in Garfagnanam, videlicet Dominum Bonaccursium de Padule. Tunc Lucenses procurauerunt ipsum occidi per Marchionem, & Cattaneos præfatos, qui tunc erant amici Lucensium, & Papæ.

EODEM anno Palauicinus Marchio de Garfagnana expellitur per Lucenses, & Marchionem Bernabonem, cum auxilio Cattanorum.

Cvi dominio dictus Rex reuersus, cessit ad instantiam Federici patris sui, & concessit Lucensibus, vt in Registro Lucensi scribitur.

Tertivs autem Henricus fuit pater Corradi de Antiochia, qui claudus fuisse dicitur. Hi autem duo vltimi non fuerunt filij legitimi Imperatoris: & de tertio tradunt aliqui, quòd fuit Dominus Garfagnanæ; sed meliùs est dictum de secundo.

Corradus de Antiochia

M.CCL. existente Potestate Domino Thomaso Malanocte, Lucenses iuerunt in Versiliam contra Pisanos, qui erant in Lunizana; & Trebbianum cæperunt, & propter castra vicina multi fuerunt oppressi. Lucenses cæperunt Salam, & Castilionem in Versilia. Federicus Imperator à filio suffocatur. Existente Potestate Florentiæ Domino Vberto de Luca, per populum ipso procurante

curante reducti sunt Guelfi Florentiam, qui in Capraria capti non fuerát. Dominus Bonaccursius occiditur in Garfagnana per Marchionem Bernabonem, & Cattaneos, consentientibus Lucensibus.

M.CCLI. Rex Corradus filius legitimus Federici intrat Apuliam, & Neapolim expugnat.

M.CCLII. Rex Corradus moritur. Manfredus Princeps Tarentinus curam Regni assumit Corradini nepotis filij Corradi, qui postea à Carolo Rege fuit oppressus. Innocentius etiam parauit exercitum contra Manfredum.

M.CCLIII. Rex Manfredus creatur; sed ab Alexandro Quarto excommunicatur.

M. CCLIV. existente Potestate Lucæ, Domino Conte Prendiparte, Lucenses cum suis amicis fecerunt exercitum contra Cattanos de Coruaria,

uaria,& Vallecchia,propter pacta nō ſeruata; quia proditoriè commiſerūt ſe Piſanis:Coruariam,& Vallecchiam expugnatas in Ianuario niuali combuſſerunt,ac deſtruxerunt. Sententia fuit lata per Commune Florentiæ contra Commune Piſanum, pro Lucenſibus, de caſtro Motroni, & de terris Epiſcopatus reſtituendis.

EODEM anno,exiſtente Poteſtate Florentino Domino Guiſcardo de Petraſancta, Florentini fecerūt exercitum contra Senenſes:cæperūt Volterram & Poggibonzi,ac etiam fecerunt pacem cum Piſanis,cum obſidibus,quæ parùm durauit.

SOZOMENVS Piſtorienſis ait, hoc anno Florentinos cum Lucenſibus profligaſſe Piſanos, & eiſdem duras pacis conditiones dediſſe; & cùm in pacis concluſione Piſani obtuliſſent Plumbinum, aut Petramſanctam, quam occupauerāt, Florentinos elegiſſe

giſſe Petramſanctam , eamque reſtituiſſe Lucenſibus,* quam ædificatur ante hunc annum.

* quæ reædificatur intra hũc

In Chronicis Piſanorum habetur, quòd Guiſcardus fuit arbiter inter Lucenſes, & Piſanos.

M. CCLV. Principes Alamanniæ in eligendo Imperatore in duas partes ſe diuiſerunt ; altera dominum Alphonſum Regem Caſtellæ; altera verò dominum Ricciardum Comitem Cornubiæ,Regis Angliæ fratrẽ, elegit: ſed hoc ſciſma morte vtriuſque ſublatum eſt. Dominus Guiſcardus de Petraſancta fuit hic Poteſtas, qui de Verſilia duos burgos,vnum ex ſuo nomine nominauit; alterum verò Campum maiorem, replens ruſticis, ſeu hominibus Cattaneorum;alium verò de * P. S. repleuit hominibus de Coruaria,& de Vallechia,eximens eos ab omni onere, & fidelitate nobilium:& deſtructa ſunt omnia ferè

* Petra ſancta

ferè caſtra nobilium de Verſilia, niſi quantùm pertinerent ad Lucenſes, aſſumpta cauſa à Cattaneis de Coruaria,& Vallechia; quia in facto noſtræ Communitatis non ſunt inuenti fideles , & quia in omnibus caſtris partem habebant.

M. CCLVI. fuit illata magna clades Piſanis in valle Sercli à Florentinis, & Lucenſibus : poſteà facta fuit pax, ſub certa Piſanorum lege,& ſeruitute,à qua fuerunt excluſi proditores de Verſilia Lucenſis Communis; ita quòd ad bona ipſorum non deberent admitti. Fuit autem ad hoc Sindicus Dominus Bartholomeus de Pallia.

FLORENTINI reſtituunt Lucenſibus Motronum , & *Maſſa del Marcheſe*, Sindico Bonifatio Bontori.

M. CCLVII. Lucæ fuit prælium inter populum Macrum,& Graſſum; poſteà venerunt ad concordiam.

M. CCLVIII. fuit Poteſtas Lucenſis Dominus Nicolaus de Vacchelleriis.

M. CCLIX. Ghibellini de Thuſcia curiam Manfredi replent, qui ad inſtantiã illorum, & Octauiani Cardinalis de Muſtello,in Thuſciam militiam miſit apud Senas,& cum Ghibellinis & Senenſibus amicitiam cõtrahit,cui occultè fauent Piſani.

M.CCLX. Florentini, & Lucenſes fecerunt exercitum contra Senenſes, qui iunxerant ſe Ghibellinis, & Manfredo in menſe Maij,& cæperũt multa caſtra, videlicet Mezano, Caſole,&c. In mente Auguſti Florentini & Lucenſes fecerunt maiorem exercitum contra Senenſes,ad minuẽdum caſtrum de monte Alcino. Mãfredus maiorem Theutonicorũ militiam Senas mittit,qui cum Ghibellinis Thuſciæ noſtros inuadunt, primamq́ue aciem in fugam vertunt,

dolo,

dolo, & proditione: tradunt enim quòd .... vexilli eundem inuaſerunt, ſicque proſtrato principalis aciei vexillo, per amputationem manus tenentes, diſcoperiuntur à proditoribus, quæ erant ſigna partis aduerſæ: conuertuntque gladium cum hoſtibus contra propinquos in acie, ſicque præualens pars aduerſa, noſtros vertit in fugam, Deo permittente, quia nimis faſtuosè ſuis finitimis Florentini erant infeſti: hoc fuit in Valle Arbiæ. In Thuſcia citra tempora Saluatoris nõ fuit maior clades, nec erat locus refugij, quia vndique erant hoſtibus vallati. Vnde Epiſcopus Aretinus profugis multum nocuit, capiendo, & occidendo.

LVCENSES autem cùm vellent exercitum inſtaurare, recipiunt ſe ad montem Apertum, ſperãtes poſſe reſiſtere, propter bonam quam habe-

bant militiam, præſentibus Marchionibus Malaſpina, videlicet Domino Federico Morouello, & Manfredo: ſed deficientibus victualibus, & vrgente hoſtium multitudine, maiorẽ paſſi ſunt iacturam. Vnde nequeũtes reſiſtere, deditionem fecerunt IIII. die Septembris. Guelfi Florentini, qui euaſerunt, Lucam ſe recepêre, exiſtente Poteſtate Lucenſe Domino Guidone de ....

M. CCLXI. Status Thuſciæ totus eſt mutatus, quia tota Thuſcia Imperialis, præter Lucam, & exules Florentinos, ad partem Ghibellinam conuertitur. Tunc Piſani fregerunt pacem Lucenſibus. Comes Guido factus Dominus Florentiæ, omneſque ciuitates ſocietatem iurant cum Comite Iordano Vincentio Manfredi contra Lucenſes, & Guelfos, qui eò refugerant de ciuitatibus Thuſciæ, & caſtris. Piſani cum dicta parte intrant

territorium Lucense, capiuntq; Sanctammariam de mõte Caluori, Sanctácrucem, castrum Fráchum, Cappianum, & Galluram deuastant, & castrum sancti Miniati; castrum de Ficeclo restitit virtute Lotti de Chiatri, & Bellhomi Viuiani de Lammari, & aliorum.

M.CCLXII. Vrbanus mittit Guillelmum Legatum pro Cruce danda contra Iordanum, & partem Ghibellinam, existente Lucæ Potestate Domino Bertoldo de Vrsinis, viro strenuo, & nobis fauorabili. Lucenses fecerunt pacem cum Ghibellinis, & remiserunt exules.

Gvelfi qui erant Lucæ, & Lucẽses miserunt Legatum ad Corradinum filium Corradi, vt veniret in Italiam ad accipiendum Regnum Apuliæ, qui cùm esset puer, noluit venire, sed pollicitus est se venturum quum per ætatem liceret.

Eodem anno, Guelfi Florentini fuerunt coacti abire Luca, propter conditiones pacis cum Ghibellinis; vnde Bononiam sunt profecti.

M. CCLXIII. Domino Philippo de Asinellis existente Potestate Lucense, Castellione amittitur; sed statim recuperatur: sed exequendi lætitia dispersit Lucenses; vnde stipendiarij Pisani transeuntes flumen, & videntes Lucenses dispersos, inuaserunt, eosque cum magna strage in fugam verterunt. Forsan accidit, quia Castellano exuli non fuit seruata fides; sed fuit interemptus; vnde malè cessit Lucensibus, quum prius viderentur victores vniuersæ Thusciæ. Pisani obsederunt Castellione, quod obtinere non poterant; sed posteà fecerunt foueas subterraneas circa arcem: quam volentes comburere, interiores de dicto castro fecerunt & ipsi foueas correspondentes prædictis;

ctis ; ibique cum pice proiecerunt ignem; ſed quia non fuerunt prouidi obturare fouearum aperturas, quòd ignis .... tantaque fuit violentia eius & impetus, quòd reſiſtere non potuerunt, ſicque arcem combuſſit, propter quod coacti ſe reddiderunt perſonis: refugerant enim ad aliam partem caſtri, vbi inquilini morantur; vnde caſtrum ad manus Piſanorum deuenit. Cæperunt etiam Cotone,&c. Eodem anno obſederũt Noſſanum,tota regione vaſtata, versùs Lucam; ſed circa Noſſanum non præualuerunt, immò ibidem multi ſunt mortui de Piſanis.

EODEM anno,Cometa apparuit miræ magnitudinis, in Italia,qui primò viſus eſt in Cancro, paulatim procedens versùs Meridiem, donec propinquaret conſtellationi Orionis; & nunc ad vnam partem ſuam comam dirigebat,nunc ad aliam;dura-

uitque per plures menses. Coma autem eius aliquando visa est extendi in longitudinem per quartam partem nostri Hemisphærij, vel circiter.

Eodem anno Vrbanus Papa moritur Perusij, & in Ecclesia sancti Laurentij sepelitur.

Anno Domini M.CCLXV. Clemens creatur, natione Prouincialis, de castro S. Ægidij. Hic primùm aduocatur in Curiam Regis Franciæ; demùm Consiliarius eius, vxorem & liberos habuit, qua mortua Ordinem Clericatus assumpsit, & ad modicum tempus factus est Episcopus Aniciensis; demùm Archiepiscopus Narbonensis; post modò Cardinalis Sabinensis; præterea Legatus in Anglia; & post quinque menses à morte Vrbani in Papam eligitur. Hic quantò plus creuit in dignitate, tantò plus floruit in sanctitate.

Papa habuit uxorem

Eodem anno, videntes Lucenses,

quòd

quòd non poterant vlteriùs resistere potentiæ Manfredi,& partis Ghibellinæ, deuastatis ab omni parte suis territoriis, subiecerunt se mandatis Comitis Guidonis Nouelli, qui Vicarium gerebat in Thuscia,pro Manfredo. Huic tradiderunt castrum de Motrone, in manu videlicet populi Florentini,& dicti Comitis.

EODEM etiam tempore tradiderunt eidem vallem Nebulæ, & vallem Arni,& tunc fuit factus Potestas Lucensis Dominus Gorsellus.

POSTEA eodem anno venit Dominus Carolus Comes Prouinciæ per mare, Romam:sua verò militia venit Lombardiam, & fuit factus Romanus Senator. Senatr.

EODEM anno,venit Manfredus cũ exercitu magno ad Pontem Aperiani. Tunc exiuit ei obuiam Carolus, cum sua militia, & abstulit ei Pontem prædictum, & castrum sancti

Germani. Manfredus verò recolligit se cum sua gente expedita versùs Beneuentum, quem Carolus ibidem insequitur, pugnaturus cum eo: quod videns Manfredus, licèt renitentibus suis priuatis Principibus, Carolum cum sua gente, & militia aggreditur; sed non potuit resistere potẽtiæ Gallicanæ, qui antiquorum Romanorum more percutientes, omnes equos perforabant, nullaque arma contra hoc protegere poterant: militia Caroli ex modo pugnandi conseruata illæsa, & Electorum Italiæ gentis; sicque Manfredus cum sua gente occubuit, & in bello moritur; factaque est de sua militia, & populo magna strages. Et eodem anno, Rex Carolus totam habuit Apuliam, & terram laboris.

Anno Domini M.CCLXVI. venerunt Florentiã de Bononia Dominus Cathalanus, & Lotharingus fratres, gau

gaudentes quaſi curam geſturi ciuitatis prædictæ; vbi inuenerũt XXXVII. bonos viros ad reparationem ciuitatis; & facta ſunt matrimonia inter Guelfos, & Ghibellinos. In die autem ſancti Martini ſurrexerunt quidam in Florentiæ ciuitate, & cum ſtrepitu, & clamoribus fecerũt populum. Comes verò Guidus Nouellus cum DC. militibus Theutonicis obuiam ire voluit; ſed non potuit: quare timens, cum ſua militia receſſit Pratum: tuncque redierunt Guelfi confinati in propria. Militia verò Vrbeuetenſis venit Florentiam ad cuſtodiam ciuitatis: & factus fuit illo anno Poteſtas ciuitatis Florẽtiæ dominus Normánus de Monaldeſchis: Capitaneus verò vnus miles Vrbeuetenſis; & viuebant Florentini in pace ſub prædictis Dominis.

EODEM anno, fuit Poteſtas Lucenſis Dominus Lanfrancus Maluzellis de

de Ianua,& Comes Guido. Lucenſes verò cum multa patientia ſuſtinebãt iſtud dominium,ſemper expectantes aquæ motum, quomodo poſſent reſiſtere.

Anno Domini M. CCLXVII. in die Reſurrectionis Domini, Comes Guido Guerra venit cũ militia Gallicana Florentiam, & expulit inde omnes Ghibellinos: & tunc fuit factus Dominus Rex Carolus Poteſtas, ſiue Dominus ad ſex annos. Et eodẽ anno fuit factus Vicarius in Thuſcia.

EODEM anno, Comes Guido prædictus fuit Poteſtas Lucenſis, & tunc Lucenſes reſumpſerunt vires, & receſſerunt à dominio Guidonis Nouelli, auferentes eidem dominium vallis Nebulæ,& vallis Arni.

EODEM anno, Soldanus cæpit Antiochiam, & deſtruxit eam, & cæpit omnes Chriſtianos, qui erant ibi, & quoſdam quidem captiuauit,

quoſdam

quosdam verò occidit.

Isto eodem anno, Rex Carolus liberè totum Regnum habuit, & in Sicilia, & in Aprutio, in quibus duobus locis maior fuit resistentia, quantùm ad Principes.

Eodem anno, in Iunio, duo Sexti de Florentinis, cum multa militia Gallicana, equitauerunt ad Santellonum contra Dominum Philippum de Ancona, cum multis nobilibus Ghibellinis, & in isto exercitu fuit Dux Marischallus Regis Caroli, & vi belli vicerunt castrum, & omnes qui erant in castro fuerunt captiui, vel occisi.

Eodem anno, Ghibellini cum Theutonicis intrauerunt castrum de Poggibonzi, dum Marischallus iuisset in exercitum contra Senenses; sed hoc audiens, rediit, & posuit castra sua in circuitu de Poggibonzi, conuocata insuper multitudine Thusco-

rum.

rum. Tunc venit Rex Carolus, & stetit in obsidione dicti castri mensibus quatuor cum dimidio, hoc est, à medio Iulio, vsque ad Calendas Decembris. Tandem qui erant in castro reddiderunt se in manibus Regis, saluis personis, & rebus, & iurauerunt nunquam venire contra Regem. Rex autem intrauit dictum castrum, & muniuit sua gente, & amicorum.

EODEM anno, Rex iuit contra Pisanos cum gente sua, & societate Thuscorum, & abstulit eis multa castra, & destruxit castrum Portus.

EODEM anno venit in Versiliam, & obsedit Motrone, & obtinuit violenter, & tradidit Lucensibus; post hoc verò, eodem anno, Rex Carolus rediit in regionem suam dimisso Marischallo in Thuscia, cum certa militia, ad obuiandum Corradino, & genti suæ.

Anno Domini M. CCLXVIII.

Corradinus filius Regis Corradi, & nepos Federici Secũdi cedens de Verona venit Papiam, cum intentione occupandi Regnum Siciliæ: venitq́ue per terram vſque ad locum, qui dicitur *Finara*, in Riparia Ianuenſi, vbi dominium habent Marchiones de Carretto. Ibi autem cum adiutorio Ianuenſium intrauit mare, & venit Piſas; ſua verò militia venit per terram de Papia vſque Piſas. Et adueniente dicta militia, ad petitionem Piſanorum intrauit territorium Lucenſe, in locum, qui dicitur Maſſa, & deuaſtauerunt in circuitu Regionẽ. Lucenſes verò tunc cum Mariſchallo exierunt de ciuitate, & venerunt ad Põtem tectum, locum munitum, vbi eſt Auxeris aqua profunda & lata, neque vadabilis: ibiq́ue fuerunt manuales aliquæ pugnæ; ſed campales non, propter multitudinem gentis, quam Corradinus habebat. Stetit

autem

autem dictus Corradinus super territorium Lucense x. diebus; non tamẽ multum se diffudit propter locorum discrimina. Inde recedens, vadit Senas.

Eodem anno, Mariſchallus vadens ad Regem cum sua militia, deuictus fuit à militia Corradini, & à Ghibellinis ad pontem, qui dicitur *alla Valle*, propè Laterinum: & ipse Mariſchallus captus fuit, & ductus Senas: sui verò milites Gallici & Prouinciales pro maiori parte mortui & capti fuerunt.

Eodem anno, mortuus est Clemens Papa ante pugnam Corradini, quam ipse prædixit in plena prædicatione, Carolum ipsum prostraturum. Processum etiam durum fecit contra Pisanos, qui Corradinum receperant, & eidem fauebant in Ecclesiæ detrimentum. Post hunc autem longo tempore vacauit Ecclesia, vsq; ad Gregorium Decimum. Sepultus est

eſt autem Viterbij, in domo fratrum Prædicatorum, per ſententiam .....
....

EODEM anno, Corradinus recedens de Senis, vadit Romam cum militia ſua, vbi inuenit Dominum Henricum fratrem Regis Caſtellæ, Domini videlicet Alphonſi, qui erat Senator in Vrbe, quieuitque aliquibus diebus ibidem pro apparatu de gente facienda, ad pugnandum contra Carolum, & ſuam ſequelam. Die autem XVIII. Auguſti, eodem anno, exiuit de Roma, verſus Apuliá, quia iam ciuitas, & caſtra ſuo Domino pro Corradino rebellabant. Rex autem Carolus ad pugnandum contra prædictum Principem toto proficiſcebatur conatu. In partibus ergo Romæ ſibi inuicem obuiarunt in loco, qui dicitur *Tagliacoſſo*. In prima autem pugna militia Regis occubuit, & magna ſtrages facta eſt de ipſa, & hoc

fuit in die beati Bartholomei. Sola verò acies Caroli occulta remansit, propter clausuram viarum ex industria factam: vnde gens Corradi credens Carolum esse deuictum, ad spolia se conuertit. Tunc Rex Carolus cum sua acie subitò inuasit Corradinum, suamque gentem dispersam, hisque sic improuisis in fugam versis, magna fuit strages de eis; quidam

*vnierũt. verò recolligentes se in castris * venerunt se ad pugnandum cum Rege, vt Yspartij, qui erant in acie Corradini cum Henrico; quidam Romani, & aliqui Theutonici, qui omnes pugnando, quasi in campo remanserunt occisi: aliqui verò capti, quos captos, aut decapitari Rex, aut mutilari mandauit, sicut in crimine læsæ Maiestatis peccantes.

EODEM anno, post modicum tempus captus fuit Corradinus, & Dux Austriæ, ac Comes Galuagnus cum ipso,

ipſo, apud Aſtariam caſtrum, quod eſt in plagiis Romæ.

EODEM etiam tempore captus fuit Henricus, & Comes Gerardus de Piſis, in diuerſis locis, qui omnes conſilio Sapiẽtum decapitati ſunt in campo, extra muros Neapoli, præter D. Henricum ex ſpeciali cauſa; quem tamen in Apulia, in quodam caſtro fecit includi, & ſub fida cuſtodia. De quo attendendum, quòd ex quo Romanus exiſtens Senator fecit frangi depoſita bonorum virorum, quæ erant in Eccleſiis Vrbis, ſemper malè ceſſit eidem. Iſto eodem anno fuit Poteſtas Lucenſis Dominus Vbertus Prouincialis.

deposita ablata a Romanis

Anno Domini M. CCLXIX. Senenſes cum Comite Guidone Nouello, & cum militia Theutonica, ac cum aliquibus Ghibellinis, & Piſani fecerunt exercitum contra collem vallis Elſæ: contra quos venit Domi-

nus Ioannes Bertaldi de Campania Franciæ, qui tunc fuit Vicarius in Thuſcia pro Rege Carolo, cum militia Gallicana, & cum ipſo Florentini Guelfi milites, & pedites, ac baliſtarij; ſed pauci erant,etiam multitudine, reſpectu Senenſium: & pugnauerunt ad inuicem fortiſſima pugna; ſed Dominus Ioannes deuicit eos quadam militari arte, vt fertur, de quo longus eſt ſermo,& ideo prætermittitur; ſed deuicti ſunt Lucenſes,& maxima ſtrages de eis eſt facta, & multi ſunt ibidem in bello mortui, multique capti, ſed præcipuè Senenſes,& Theutonici, qui ſic ſunt ex tũc in Thuſcia extirpati, quòd vſque ad tempora præſentia nulla de ipſis fit mentio,quantùm ad bella.

EODEM anno, Florentini cæperunt Caſcinam, captis multis, & interfectis,qui erant in dicto caſtro.

EODEM anno, exiſtente Poteſtate

Lucenſi

Lucensi Domino Nicolao de Bacchelleriis, Lucenses iuerunt ad deuastandum Massam *del Marchese*, quia receperat gentem Corradini, & destruxerunt arcem, & redegerunt castrum ad vallem. Dum autem hæc agerentur, venerunt Pisani ad Pontem sancti Petri, & combusserunt ipsum,& duxerunt captiuos quot homines inuenerunt in burgo.

EODEM etiam anno, Dominus Ioannes Bertaldi,cum Lucensibus,& Florentinis exercitum congregant contra Pisanos, & à parte montis Pisani deuastauerunt regionem vsque ad muros ciuitatis: & cuderunt ibi monetam,& cæperunt Ascianum.

EODEM anno,fuit maxima inundatio aquarum, & flumina multum damnificauerunt regiones in partibus diuersis. Et eodem anno fuit Potestas Florentiæ Dominus Malatesta de Arimino.

Anno Domini M. CCLXX. Florentini obſederunt *Pian di mezo*, & cæperunt ipſum, ac deſtruxerunt, quod erat caſtrum de Paſſi, vallis Arni.

Eodem anno deſtruxerunt Poggibonzi, allegantes quòd non ſeruauerant pacta Regi Carolo.

Eodem anno, in menſe Iulij, ac ſede Petri vacante, Rex Franciæ Dominus Ludouicus, cum filiis ſuis, ac etiam cum Rege Nauarræ, & Domino Adoardo, fecit paſſagium versùs Tunitium, cum multitudine magna, & poſuerunt caſtra in loco, qui dicitur *Cercacarne*, & poſt eum ſequutus eſt Rex Carolus, ibiq́ue infirmitas inuaſit exercitum; ita quòd Rex Frãciæ ibidem mortuus eſt, & filius eius, qui vocabatur Ioãnes Triſtani. Mortuus eſt etiam ibidem Rex Nauarræ, & vxor eius in via, & multi nobiles, & in exercitu, & in via redeundo; vnde

vnde epidemia coegit eos recedere. Facta igitur compoſitione cum Rege Tunitij, & accepta ab eo magna ſumma pecuniæ, receſſit pacificè exercitus, & rediit in Siciliam ad portum Drepani, vbi tempeſtas Gallicos inuaſit; vnde & multæ naues ibidem perierunt. Quod vidētes alij, applicuerunt vbi potuerunt per terram; vnde Rex Philippus filius Ludouici tranſiit per Florentiam. Exiſtens autem Comes Guido Montisfortis Vicarius in Thuſcia, & audiens Viterbij (vbi erat Curia Romana) eſſe Hēricum filium Riccardi Regis Angliæ, pro vindicta patris, & fratris, armata manu venit Viterbium, & præſentibus Viterbij, Rege Philippo, & Rege Carolo, inuaſit dictum Hēricum, & iuxta altare occidit eum: ex qua cauſa ab inde ſemper fuit infelix, & mala morte, captus à Rogerio de Loria, in Sicilia moritur. Vxor ſua facta

est adultera,& filiæ suæ mortuæ sunt sine prole, & Comitatus eius,ipsa viuente, totus est laceratus. Prædicti etiam Reges facti sunt infælices,quia vterque mortuus est cum desolatione; sed præcipuè Rex Carolus, ad quem pertinebat corrigere.

EODEM anno,Lucenses fecerunt pacem cum Pisanis, ante transitum Regis Caroli,versùs Tunitiũ, & ipso mandante: & tunc fuit Potestas Lucensis. Comes Taddeus de Vrbino, siue de Montefeltro.

Anno Domini M. CCLXXI. existente Potestate Domino Arrighetto Confalonieris, Lucenses fecerunt exercitum contra Montecatinum, & deuastauerunt regionem eius: tandem posteà ad concordiam deuenerunt,& hoc fuit in mense Maij.

ISTO anno Rex Emsius mortuus est in carceribus Bononiensibus, & sepultus est honorificè in domo fratrum

trum Prædicatorum. Tunc etiam vacabat Sedes Romana, & non erat Rex in Hierusalem: nihilominus tamen Principes sua regimina gubernabant, & Rex Carolus suum dominium habebat pacificum, & in Thuscia, vbi Vicarius erat, & in toto etiam Regno Siciliæ; atque ad prouisionem summi Pontificis, quantùm poterat, intendebat.

ANNO eodem, circa finem, Archidiaconus Leodiensis existens vltrà mare, in Papam eligitur, natione Placentinus, de genere Vicecomitum.

Anno Domini M. CCLXXII. Aduardus Rex Angliæ existens vltrà mare, & strenuè bellans contra Soldanum, Soldano procurante, à quodam assassino, quem familiarem habebat, lethaliter percutitur, quia toxicatis vulneribus est percussus: sed dum esset quasi à plagis curatus, adhuc sentiebat interiùs dolores, pro-

pter quod oportuit iteratò aperire plagas,ad abſtergendum ſi quid maculæ eſſet toxicati vulneris, & ſic poſteà plenariè curam recepit; ac demùm rediens,multa in bellis ſtrenuè operatus eſt,& adhuc ſenex operatur quotidie.

EODEM anno, Gregorius veniens per vltrà mare, iam electus venit Viterbium,vbi fecit ordinationē quinque Epiſcoporum Cardinalium, inter quos fuit frater Bonauentura Ordinis fratrum Minorum , Magiſter Generalis eorũ,& Magiſter in Theologia , ac egregius Prædicator: frater Petrus de Tarantaſia, Ordinis fratrũ Prædicatorum, Magiſter in Theologia, & tunc Archiepiſcopus Lugdunenſis. Deinde Innocentius V. eſt factus Aretij,poſt mortem Gregorij.

EODEM anno,exiſtente Poteſtate Lucenſe Domino Petro de Fauentia, Lucenſes fecerunt exercitum contra

Bar

Bargam, quia nolebant obedire mádatis Communitatis; & tunc ſubiecerunt ſe mandatis Lucenſium,& facta eſt pax inter Bargam & Corelliam,& Caſtillionem.

Eodem etiam anno,ſubtracta fuit Corona ſanctæ Crucis per vnum Canonicum, & quoſdam Cappellanos: ſed poſteà recuperata eſt, & illi mala morte perierunt.

Anno Domini M. CCLXXIII. Gregorius X. Concilium aduocat apud Lugdunum,ad quod Concilium Græcos vocat,& Paleologum requirit,qui Papam ſollicitauerat ad Latinorum concordiam, & Græcorum, ſicut euentus rei teſtimonium perhibet. Ad hoc etiam Cõcilium vocantur Barbaræ nationes, vt gens Tartarorum ad Chriſti fidem adduceretur, procurantibus Religioſis perſonis, quæ fuerant ad nationes tranſmiſſæ.

Isto eodem anno, inchoata eſt

guer

guerra inter Regem Carolum, & Cõmune Ianuense, inter quos fuit longa concertatio belli naualis, & hinc inde se fortissimè infestant.

EODEM anno, existente Potestate Lucense Domino Ioanne de Blaua, per Regem Carolum, Lucenses miserunt eum in Lunisianam, cum certa militia, & multitudine peditum contra Ianuenses, in fauorem Regis.

EODEM anno, Comes Rodulphus de Ahisburg in Imperatorem eligitur, qui quidem fuit parui dominij, & Comitatus, sed strenuissimus in rebus bellicis, sicut sequentia facta * pro Lucensibus.

*probauerunt.

EODEM anno, filius Rodulphi primogenitus intrauit terras Comitis Sabaudiæ pro iure Imperiali, & deuastauit, & dum rediret in terram suam, in Rheno fluuio occasione cuiusdam .... quem in mare voluit vt submergeretur, barca submersa,

ſa,ipſe ſubmerſus eſt cum ipſo.

Anno Domini M. CCLXXIV. Concilium celebratur Lugduni, vbi multitudo Prælatorum fuit maior quàm fuerat in aliquo Concilio; nam inter Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & alios Prælatos, fuerunt M. D. LXX. in quo Concilio mortuus fuit frater Petrus Ordinis fratrum Prædicatorũ & Lucenſis Epiſcopus. Ibi interfuerunt nuntij Tartarorum, & ſacrum ſuſceperunt Baptiſma. Ibi nuntij Paleogi, & omnium Græcorum Prælatorum, offerentes ſe ad vnitatem Eccleſiæ, & recognoſcentes Romanam Eccleſiam eſſe caput omnium Eccleſiarum. Ibi dicti nuntij, cum Latinis Prælatis, confeſſi ſunt Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedere, & alta voce acclamauerunt cum aliis. In iſto autem Concilio multa facta inſtituta, tùm pro vtilitate vniuerſalis Eccle

Ecclesiæ, tùm pro subsidio Terræ sanctæ, quam ipse cum aliis Principibus intendebat adire. Vnde ab eodem Rex Franciæ, cum Rodulpho Rege Romanorum, Cruce signatus est. Ibi etiam facta fuit institutio de Cardinalibus recludendis, cùm instat electio summi Pontificis. Ad hoc autem Concilium vocatus fuerat Thomas de Aquino, tanquam Doctor excellentissimus, propter ea quæ tractanda erant cum Doctoribus Græcis, super discordia inter ipsos, & Latinos, circa quosdam articulos Fidei. Hic recedens de Neapoli, & veniens in Campaniam, in domo Dominorum de Cicano, apud Dominum Anibaldum, qui neptem suam habebat in vxorem, grauiter infirmatur continuò. Vnde coactus ægritudine, & ad instantiam dictæ suæ neptis declinauit ad Monasteriũ Fossæ nouæ; ibidemque mortuus est, & sepultus

cum

cum multa deuotione. Vbi Deus multa miracula ostendit, vitæ, & doctrinæ ostensiua. Voluerunt autem fratres eius corpus transferre; sed Domina non permisit pro dilectione & deuotione, quam ad ipsum gerebat; sicque fecit occultari per Monachos, quod vsque ad ista tempora haberi non potuit.

EODEM anno, Gregorius rediens de Concilio, rediit Florentiam, ibidemque stetit per mensem ad tractandum pacem inter ciues, & inde recedens venit Aretium. Et eodem anno & loco infirmatus est, de qua infirmitate migrauit ad Dominum, cuius meritis ibidem multa ostendit miracula. Fuit enim in vita miræ honestatis, nec intendebat pecuniarum lucris; sed pauperum eleemosinis. Vnde primus fuit qui solemnem ordinauit eleemosinam in Romana Curia, ad quam faciendam quendã fratrem

Eleemosyna Pontificia cœpit

Con

Conuersum instituit Ordinis fratrum Prædicatorum, cui nomen frater Ioannes de Subgromineo, quem secum duxit de vltramare.

Hoc eodem anno, Guelfi Thusciæ, videlicet Florentini, Senēses, Pistorienses, Pratenses, sancti Miniati, sancti Guimignani, Vulterranenses, Collenses, cum Lucensibus fecerunt societatem contra Pisanos; & tunc iuerunt cum Iudice de Gallura, & ceperunt montem Topolim, & mouerunt guerram Pisanis, & durauit duobus annis.

Anno Domini M. CCLXXV. Cardinalis Ostiensis Dominus Petrus de Tarantasia, Ordinis fratrum Prædicatorum in Papam assumitur, & Innocentius Quintus vocatur. Sedit mensibus quinque, & diebus tribus, vir magnæ reuerentiæ, & doctrinæ, & qui multa bona Opera scripsit in Theologia; mortuus apud Lateranum,

teranum, cum multa gratia Curiæ.

EODEM anno, exiſtente Lucenſe Poteſtate Domino Raynaldo de Boſtolis, Aretino, Lucenſes cum Societate Thuſciæ iuerunt ad deuaſtandum vicum Piſanum, & deſtruxerũt Montecchium,& hoc in menſe Iulij.

EODEM anno,iuerunt contra Aſcianum,in menſe Septembris, & ceperunt ipſum,& vicerunt Piſanos; in quo bello fuerunt Lucenſes,& aliqui Piſtorienſes, & Vicarius Regis Caroli, Dominus Raynaldus: & fuerunt multi interfecti in dicto bello de Piſanis, inter quos Dominus Andreas Paſſus, & Michelatius: multi etiam ſubmerſi ſunt in paludibus, & multi capti, inter quos tres milites de Starea.

Anno Domini M. CCLXXVI. Concilium generale fuit celebratum Piſis Ordinis fratrum Prædicatorum: & ipſo inſtante, & adhuc viuente In-

nocentio, Lucenses, cum aliquibus Florentinis & Pistoriensibus, existente Lucense Potestate Domino Ioanne de Blaida, iuerunt super territorium Pisanum, in valle Arni, & steterunt ibi per aliquos dies deuastantes regionem vsque ad sanctum Sauinũ, & Nicosiam. Tunc Lucenses deuicerunt Pisanos ad foueam dictam de Arnouico; cæperunt multos. Et in illo exercitu venerunt duo Legati Domini Papæ, & Ambasciatores Regis Caroli, & fecerunt pacem inter Lucenses, & Pisanos, & tunc exiticij de Pisis redierunt Pisas, videlicet Comes Vgolinus, & Vicecomites, cum Opezinghis. Tunc etiam restitutum est Lucẽsibus, per dictum Legatum, Castilione, & Cotone. Florentinis verò, & Pistoriensibus data est libertas in Porta Pisana, hoc est, liberi facti sunt ab omni tributo, siue gabella.

EODEM anno, mortuo Domino Inno

Innocentio, circa finem Iunij, Dominus Ottobonus Diaconus Cardinalis in ſummum aſſumitur Pontificem, & vocatus eſt Adrianus, vti titulus erat ſui Cardinalatus. Hic non vixit niſi per menſem, & nouem dies; vnde nec Sacerdos fuit, nec coronatus, propter temporis breuitatem. Hic conſtitutionem Gregorij de Cardinalibus includendis pro electione Papæ, per nouam conſtitutionem ſuſpendit.

EODEM anno, circa finem, factus fuit Papa alius Cardinalis, videlicet Magiſter Petrus Hiſpanus, qui eſt Ioannes vocatus; & tunc ciuitas Lucæ fuit in pace.

Anno Domini M. CCLXXVII. Ioannes Papa multas attentauit nouitates, & præceps multum in agendis. Nam primò Conſtitutionẽ Gregorij de Cardinalibus includendis, quam Adrianus ſuſpendit, ipſe publicè reuocauit; de facili erat ingreſſus

ad eum,& largus in gratiis faciendis, ſicut parum conſiderans: fuit tamen magnus in Philoſophia; ſed in actionibus ſpiritu Hiſpanico plenus, quia exoſos habuit Religioſos, propter quam cauſam percuſſit eum Dominus; quia domus ſua ruit ſuper eum, ex quo quaſi ſemiuiuus relictus, ad modicum tempus moritur Viterbij, vbi creatus fuerat. Vixit autem in Papatu menſibus octo.

domus ruit sup papam

Hoc eodem anno, illi de turri fuerunt expulſi de Mediolano, & multi ex eis mala morte interierunt.

Eodem anno, fuit Poteſtas Lucenſis Dominus Albericus de Lando, de Placentia. Et eodem anno Dominus Caietani circa finem factus eſt Papa, vocatus Nicolaus Tertius, natione Romanus, & de genere Vrſinorum.

Anno Domini M. CCLXXVIII. dictus Dominus Nicolaus Tertius ſedit in Cathedra; electus autem fuit in

Palatio

Palatio Viterbiensi. Hic vnam fecit ordinationem IX. Cardinalium, inter quos multi fuerunt de genere, & vnus Columniensis: inter suos autem Dominus Latinus, qui fuit Cardinalis Ostiensis, vir vitæ laudabilis, plenus compassione circa Christi pauperes, egregius Prædicator, & quantum requirit hominum .... admodùm gratiosus; mortuus est Perusij in sua innocentia, & vitæ puritate; cui opponi non potuit, quòd suum genus ditauerat, quod satis facere potuisset, si voluisset.

Eodem anno, fuit bellum maximum inter Regem Boëmiæ & Regem Alamanniæ Rodulphum, occasione Ducatus Austriæ, quem Rex Boëmiæ possidebat sibi * debiti, ex donatione sibi facta per quandam Dominam, quæ vocabatur Domina Margarita, ad quam dicebat dictum Ducatum pertinere: Rex autem Ala- * debitū

manniæ asserebat sibi deberi, tanquã feudum Imperij, cui nullus successit, & ideo ad verum Dominum redit: iis ergo concertationibus moti, conueniunt ad bellandum, vt ensis litigium soluat. Rex igitur Alamanniæ, cum sibi coniunctis fidelibus pugnat; Rex Boëmiæ cum exteris nationibus, & paucis Boëmis, ex qua causa Rex Boëmiæ succumbit, & in bello moritur. Et in eodem anno Ducatũ Austriæ occupat, cum Prouincia Styriæ, & filium suum secundogenitum, generum Comitis de Tiralla, Ducem ibi instituit, Carinthia dimissa Comitĩ de Tiralla, quæ tamen ad Patriarcham pertinet Aquileiæ.

ANNO eodem, fuit Potestas Lucensis Dominus Sturia de Porta, de Parma; & eo tempore fuit submersus in aqua Ciapparone de Ciapparonis, propter maleficia sua.

Anno Domini M. CCLXXIX.

Rex

Rex Alamanniæ contra hæredem Regis Boëmiæ processum facit, eò quod Rex Boëmiæ pugnasset contra Dominum suum: vnde à feudo cadebat, propter quam causam ad hoc * sederandum, filiam Rodulphi filius Regis Boëmiæ in vxorem accepit: Alleuatum etiam fuit delictum, quia Boëmi non fuerunt in pugna cum Rege, putà qui suæ genti exosus erat. * seruandum,

Isto eodem anno, Nicolaus Papa Tertius multas nouitates facit in mundo: Primò Rodulphum requirit de Comitatu Romagnolæ, & obtinuit ex iure Ecclesiæ concesso per Ludouicum Imperatorem. Legatum mittit in Thusciam, & Lombardiam, videlicet Dominum Latinum, qui ad pacem reformandam Florentiæ inter Guelfos, & Ghibellinos multum laborauit. Hic etiam Nicolaus eodem anno, Regem Carolũ Vicaria Thusciæ, & Senatu Vrbis priuauit. Lucen-

ſibus moleſtias intulit de Vicaria vallis Nebulæ,& vallis Arni;ſed Lucẽſes curialitate vicerũt eũ,eligentes in Poteſtatẽ Lucenſem,& in Vicariũ vallis Nebulæ,patrem & filium conſanguineos Vrſinorum , videlicet Dominum Ioannem Cencij , & Dominum Angelum filium eius , quod quidem fuit in ſequenti anno. Iſto verò anno fuit Poteſtas Lucenſis Dominus Mattheus de Madiis,de Brixia.

Hoc eodem anno, Rodulphus Rex Romanorum filiam ſuam tradit Carolo Martello filio Regis Caroli, cui aſſignat in dotem Regnum Viennenſe: vnde quando Sicilia rebellauit, paratæ erant in Rhodano fluuio multæ naues in terra Regis,ad occupandum Viennam.

Anno Domini M.CCLXXX.Palatium Papale ædificatur Romæ iuxtà ſanctum Petrum , & Pomerium multùm curioſum, quod muris lateritiis

ritiis dictus Nicolaus cingi fecit.

EODEM anno, Surianum quibuſdam nobilibus, occaſione inuenta, quòd eſſent hæreſi maculati, ac cuidam etiam caſtra Viterbienſ. abſtulit. Vnde poſteà dictum fuit Viterbienſ. plurimùm odioſum; nec adhuc ceſſant à maleuolentia, quantùm poſſunt. Surianu

EODEM anno, facta eſt pax Florentiæ inter Guelfos, & Ghibellinos, per dictum Legatum; ſed parum durauit, vt rei probauit euentus. Et eodẽ anno inchoata eſt guerra Lucæ inter Modecaſtellos, & Opizones.

EODEM anno, dictus Dominus Nicolaus in caſtro Soriano exiſtens, ſubitò factus eſt apoplecitus, & ſic ſine lingua, id eſt, loquela moritur, qui putabatur debere viuere in Papatu pluſquam xxx. annis, habita conſideratione ad ſuam delicatam complexionem, & ad temperatum modum

viuendi

viuendi. Hic fecit Patriarcham Hierosolymitanum, fratrem Ioannem de Vercellis, Magiſtrum Ordinis fratrũ Prædicatorum; ſed recipere noluit. Hic Magiſter Ioannes fuit electus ad curam totius Ordinis ſupradicti in M. CCLXVIII. rexitque dictum Ordinem cum multa .... Cleri & Populi, ac ſuorum fratrum, XIX. annis, & in XX. poſt multos labores ſui officij, in monte Peſſulo migrauit ad Dominum.

Anno Domini M. CCLXXXI. in die Cathedræ beati Petri, poſtquàm vacauerat Sedes ſex menſibus, Dominus Simon, natione Gallicus, ſanctæ Ceciliæ Præſbyter Cardinalis, in ſummum Pontificem eligitur, apud Viterbium. Hic propter offenſam, quam Viterbienſes intulerant Domino Mattheo Rubeo de Vrſinis, ſanctæ Mariæ Diacono Cardinali, in Viterbio coronari noluit; ſed ad ciuitatem

tatem Vrbeuetanam ſe tranſtulit;nec vnquam poſtea, vſque ad tempora iſta,Curia ibidem reſidentiam facit. Offenſa autem fuit, quia recluſerunt eum in quadam camerula, vetantes eum; & cogentes ad faciendum Papam,imponentes eidem quòd impediret electionem; quia tamen verum non erat, quòd ipſe ſolus faceret. In illo autem tempore erat Dominus in Viterbio, Dominus Riccardellus, * [qui facto conſecratus fuit; vnde in eodem ſciſma cum viterbiẽſibus:]ſed poſt recognoſcẽs culpam ſuam, cum multa reuerentia & humilitate veniam impetrauit, Viterbienſibus remouentibus in offenſa perpetua.

* qui facto ſciſmate cum Viterbiẽſibu, in eodẽ conſecratus fuit:

Isto anno Rex Aragonum apparatum facit, quem Martinus Papa ſuſpectum habuit (hoc inſinuáte ſibi Domino Carolo:) vnde litteras ſibi direxit, quòd de dicto apparatu ratiocinari volebat.Cui Rex Aragonũ, quòd

quòd negotium sic erat priuatum,& occultum sibi,quòd si sciret manum, vel linguam hoc velle reuelare, amputaret eam: nihilque ab ipso plus habuit responsionis.

EODEM anno, fuit Potestas Lucensis Dominus Guicciardus de Papia:& eo tempore Lucenses congregauerunt exercitum contra Pisciam, & ipsam expugnauerunt,ac vi prælij intrauerunt terram, ipsamque combusserunt ad impetum Lucensis populi,qui refrænari non poterat. Caussam autem combustionis ferunt fuisse, quia se subiecerunt Cancellario Imperatoris Rodulphi,cui subjici nō debebant,nisi appareret confirmatio eiusdem per summum Pontificem.

EODEM anno, totonderunt Bugianum in muris,quia Pesciatinis videbantur fauere in dicta rebellione.

Anno Domini M. CCLXXXII. Siculi rebellauerunt contra Regem

Caro

Carolum, occiſis multis Gallicis, propter iniurias, & violentias, quas faciebant in terra, fauente Domino Petro Rege Aragonum, qui in vxorem habebat filiam Manfredi, vocatam Dominam Conſtantiam, ab atauia ſua, quam quidem codicillo allegabat Rex Aragonum ad ipſum pertinere. Huius etiam rebellionis cauſa fuit Paleologus contra Regem Carolum, qui ad ſuum Imperium auferendum multùm aſpirabat: quod quidem Paleogus fecit, quia audiuit Regem Carolum, non obſtante concordia Græcorum cum Domino Papa, procuraſſe cum Papa Martino, vt dictus Paleologus tanquam excommunicatus, & ſciſmaticus Eccleſiæ pronuntiaretur in Conſiſtorio: quod fuit cauſa diſſidij omnis concordiæ priùs tractatæ inter Latinos, & Græcos, ex quo multa mala poſteà ſequuta ſunt.

EODEM anno, Petrus Aragonenſis

nenſis cum ſuo nauigio vadit in Africam, versùs Compenná, quæ vulgariter Baona nominatur; ibíque aliquas terras capit,& deuaſtat,ac ſpolia ſecum defert. Reditque in Sardiniam,& iuxtà caſtellũ Caſtri: ibíque ſua reſtaurat nauigia in pane, & vino,& aqua, & aliis neceſſariis. Tunc Rex Carolus cum magno exercitu Regnicolarum, Gallicorum, Prouincialium, & Thuſcorum, & præcipuè Lucenſium in Siciliam vadit,& Meſſanam obſidet, ipſam in circuitu vaſtat; ſed non capit,quam(vt tradunt) potuiſſet capere;ſed pepercit,ne dicta ciuitas deſtrueretur ex nimio furore ſuæ gentis contra Siculos.

EODEM anno & tempore,Petrus de Sardinia tranſijt in Siciliam,applicuitque Palermũ, venitque cum ſua militia versùs Meſſanam. Quod audiens Rex Carolus, ab obſidione receſſit,& rediit in Calabriam, timens

ne

ne ſua gẽs victualiam perderet. Scripſit autem Regi Aragonum, quòd mirabatur quomodo ſuam terram intraſſet: cui Petrus reſpondit, quòd ad ipſum magis pertinebát ratione vxoris ſuæ: ad cuius litigij ſolutionem, ad ſingulare certamen ſe inuicem dicti Principes requirunt, & in loco Curiæ, elegerũtque Vaſconiam propè Burdegalas.

EODEM anno, Comes Guido de Montefeltro Comitatũ occupat Romagnolæ, contra voluntatem Eccleſiæ; contra quem Papa Martinus magnam militiam mittit, multamque pecuniam Decimarum ibidem conſumat, nihilque proficit: vbi multum de ſanguine Gallicorum effunditur. Romandiola

EODEM anno, fuit Poteſtas Lucenſis pro ſex menſibus D. Vgolinus de Roſſis: pro aliis verò Dominus Azzo de Manfredis.

Anno Domini M. CCLXXXIII.

Rex

Rex Carolus vadit in Vaſconiam cũ honorabili comitiua; quem Dominus Ioannes de Grigni, Seneſchallus in Vaſconia pro Rege Angliæ, de mandato præfati Regis, honorificè recepit, & vſque Burdegalas ipſum aſſociat, ibiq́ue expectat Petrum Regem Aragonum ad congreſſum belli: ſed dictus Rex ad horam determinatam non comparuit.

SEQVENTI anno, hoc eſt, M. CCLXXXIV. iter arripit cum nauali exercitu.

EODEM anno, Martinus Papa contra prædictum Regem proceſſum facit, ipſumq́ue Regno Aragonenſi priuat, & Comitatu Chataloniæ, & ab omni dignitate deponit, Regnũq; Aragonum Regi Franciæ tradit.

EODEM anno, idem Rex Carolus rediens in Prouinciam Comitatum ſuum, magnum apparatum facit in nauigio contra Siculos: factaque expeditio

peditione non modica, ſcilicet pluſquàm galearum centum, & aliorum lignorum quamplurium, cùm veniſſet ad portum Piſanum, audiuit ibidem filium ſuum captum in portu Neapolitano, cum multis galeis, per Rogerium de Loria Admirallium Siculorũ, & Regis Aragonum. In quo conflictu in nullo videtur perterritus Rex; ſed ſic ait ad ſuos, *Confortamini*, inquit, *quia hodie perdidimus vnum Sacerdotem, qui noſtrum impediebat regimen, & vigorem bellandi*. Poſt hæc autem tranſiens de dicto Portu, & in Apuliam transfretans ad apparatum faciendum pugnandi contra Siculos, ibidem infirmatus eſt ad mortem, de qua mortuus eſt: ſicque fruſtratus ſua intentione, in quadam moritur deſolatione, non ſine magno Principibus exemplo, quòd res mundanæ tantam habent varietatem.

Eodem anno, Carolus filius Regis Caroli transfertur in Chataloniá, ibiq́ue pro carcere in quodam castro recluditur.

Anno Domini M. CCLXXXIV. Ianuenses contra Pisanos veniunt, cũ galearum multitudine armatarũ, propè portum Pisanum; Pisaniq́ue inuenientes ibidem munitas ad pugnandum, se inuicem inuadunt in loco qui dicitur, *alla Melora*. Tandem succumbunt Pisani, licèt antè inciperent præualere: sed crudelitatem exercentes in hostes, permissione diuina vincuntur, & præualent Ianuenses, factusq́ue est magnus conflictus Pisanorum in mari, & XLVI. galeæ capiuntur cum x. millibus hominum, & vltrà.

Eodem anno, fuit Potestas Lucensis Dominus Gherardus de Palazzo, de Brixia, pro sex mensibus: & Dominus Gherardus de Arcellis pro aliis

aliis ſex menſibus.

EODEM anno, in prædicto conflictu; ſed ante, captus fuerat Comes Fatius in vna naui, quam Ianuenſes cæperunt, quæ maximis erat onerata bonis, cum militibus; ſed captis ſolis hominibus nauem combuſſerunt, & ſubmerſerunt, cum multis equis, qui erant ibidem: & hoc fuit antè conflictum prædictum.

ANNO eodem, Papa Martinus moritur apud Peruſium, poſt feſtum Reſurrectionis Dominicæ: & poſt quatuor dies à morte Martini, creatur Honorius Quartus, priùs vocatus Dominus Iacobus de Sabello, qui ſtatim Romam vadẽs coronatur ibidem. Hic nullam ordinationem fecit, excepto Domino Ioanne Boccamaſſo, quem Tuſculanum fecit. Hic defectum patiebatur in manibus & pedibus propter guttas; ita quod vix celebrabat. Card

Eodem anno, fuit Lucensis Potestas pro sex mensibus Dominus Azzo de Cremona: pro aliis verò sex mensibus, Dominus Carsindone de Carsindonis, de Mutina.

Eodem anno, Philippus Rex Fráciæ, filius Ludouici, exercitum congregat permaximum, & vadit contra Regem Aragonum, transitque cum sua gente montes Pyreneos, qui Hispaniam cingunt, & vnam ciuitatem capit absque aliis castris, quæ vocatur Geronda. Volebat autem vlteriùs procedere, ad capiendam Barcellonam: sed infirmitas, & epidemia magna inuasit exercitum. Quædam autem pars exercitus descendens in planitiem Chataloniæ, obuiam habuit Regem Aragonum, Petrum videlicet, qui strenuè pugnauit cum militia Gallicana, ac in bello lethaliter percussus, ad paucos dies moritur. Rex autem Franciæ videns suam gentem

sic

ſic ægritudine laborare, retrocedit cum exercitu versùs terram ſuam, & ſic in propria redeunt; & in eodem anno dictus Rex Philippus de memorata epidemia moritur.

Anno Domini M. CCLXXXV. Lucenſes acquiſiuerunt Ripamfractam, & Viaregium, ac Bientinam, fauente Comite Vgolino quadam pia intentione; vt ſic euaderet manus Thuſcorum. Florentini verò acquiſiuerunt Pontem Heræ. Tunc etiam dictus Comes dominabatur Piſanis, poſt ſuprà memoratum conflictum ſibi collatum.

EODEM tempore, Lucenſes cum Florentinis, cōfœderati cum Ianuenſibus contra Piſanos, in qua confœderatione requiſitus Comes Vgolinus, noluit conſentire: ſtuduit tamen parti Thuſciæ placere, vt ex effectu probatur, pro pactis ſeruandis.

INDE per aliquod tempus Lu-

cense Commune per se solum fecit exercitum contra Pisanos in vallem Sercli, & cæperunt in prælio Cuosam, & pontem Sercli.

EODEM anno, fuit epidemia de .... in qua multi sunt de dicta ægritudine mortui, & præcipuè illi qui fuerunt in exercitu supradicto.

EODEM anno, fuit Potestas Lucensis Dominus Thomasius de Lanciola, de Parma. Isto etiam anno, mortuo Magistro Ioãne Ordinis fratrum Prædicatorum, factus fuit Bononiæ Magister Ordinis supradicti frater Munio Hispanus, de Regione Legionensi. Hunc Honorius voluit honórare de Archiepiscopatu Compostellano; sed noluit recipere pro reuerentia sui Ordinis & Officij.

Anno Domini M.CCLXXXVI. Rex Angliæ venit in Vasconiam, pro liberatione Regis Caroli: deinde trá-

sit

ſit in Chataloniam, dictum Regem viſitaturus, & cum Alphonſo Rege Aragonum de cõcordia tractaturus.

ISTO anno, Honorius moritur, & in Eccleſia ſancti Petri iuxta Nicolaum Tertium honorificè ſepelitur.

EODEM anno, illi de Buiti ſe poſuerunt in manibus Lucenſium.

EODEM anno, fuit Poteſtas Lucenſis Dominus Carſindonus de Lupicinis, de Rhegio.

EODEM anno, miſit Comes Vgolinus filium ſuum Comitem Guelfum in Sardiniam, rexitque caſtrum Caſtri, totamque Regionem Callaritanam, occupans tam caſtra ſui patrimonij, quàm etiam Communis Piſani; quia pater ſuus ſic eum miſerat. Tũc florebat Piſis dictus Comes, habens in ipſa plenum dominium. Eodemque tempore Commune Piſanũ ſibi Elbam conceſſit.

EODEM anno, exorta eſt diſcor-

dia inter Cancellarios Pistorienses, quia occasione * ritus Dore filius Domini Guillielmi Amadoris percussit Dominum Vanni filium Domini Gualfredi in manu, & amputauit sibi tres digitos. Ille postea amputauit Dori manum & ignominiosè: sicque Domus diuiditur in duabus partibus, & atrocissima guerra exoritur; & tota ciuitas per consequens laceratur, & in duas partes similiter diuiditur, vt infrà meliùs apparebit.

* rixæ,

Anno Domini M.CCLXXXVII. Sedes Ecclesiæ Romanæ vacat: Cardinales verò remanserunt inclusi in sancta Sabina, à tempore mortis Honorij, vsque ad creationem Nicolai Quarti: vbi multi ex Cardinalibus mortui sunt, vel ad mortem infirmati, excepto Domino Mattheo & Domino Ioanne, qui postea fuit Nicolaus; qui cum in sancta Sabina locum habuit, magistrũ infirmorũ, ... fertur

Honar et Cardes male inclusi manent in S. Sabina

fertur habuisse circa se ipsum, quòd die nocteque in profundo stante, omnes cameræ & aulæ erant plenæ pluuijs.

EODEM anno, fuit conflictus apud Buiti Pisanum, vbi multi nobiles fuerunt capti Pisani, inter quos Dominus Bonaccursus de Ripafracta, & Baldinus de Vbaldinis, nepos Archiepiscopi Pisani, dictus de Pila.

SEQVENTI anno, hoc est, M. CCLXXXVIII. dictus Ioannes in summū assumitur Pontificem; & infrà octauam Pentecostes eiusdem anni, ordinationem fecit, in qua Dominum Vgonem de Belliomo tunc legentem in Curia Ordinis fratrum Prædicatorum, & Dominum Mattheum de Aquasparta Magistrū Generalem Ordinis fratrum Minorum Cardinales facit, qui ambo fuerunt Magistri in Theologia.

EODEM anno, Marchio * Ostiēsis * Estēsis,

recepit in suo dominio Rhegium, & Mutinam, sicut Ferrariam: & in eodem anno post aliquos menses Regnum in eadem conditione sibi remansit, id est, subiecit.

EODEM anno, hoc est, LXXXVII. fuit Potestas Dominus Bernardinus de Parma, qui de nocte fugit de Luca, timens officium Sindicatus.

EODEM anno, fuit sturmum in burgo sancti Fridiani, inter Martinos & Faitinellos.

ITEM eodem anno, inter Iudicem Galluriæ & Comitem Vgolinum discordia oritur super dominio Pisano. Dominus Ganus Stornisianus occiditur: & publicatum fuit, quòd familia Comitis Vgolini ciuitatem incipit lacerare in regimine, & pars Ghibellina assumit audaciam, sicut rei posteà probauit euentus.

Anno Domini M.CCLXXXVIII. Comes Vgolinus capitur à Pisanis,

fauen

fauente, & coadiuuante Archiepiſcopo dicti loci, nepote Domini Octauiani Cardinalis, cum multis Clericis ſibi adiunctis. Captus igitur dictus Comes, cum duobus filijs Gaddo, & Brigata, & vno nepote, videlicet, Hérico, ponuntur in carcere; ibidemq́ue poſt longam extorſionem pecuniarum, fame ibidem pereunt.

Eodem tempore, fuit Vicarius in Thuſcia Regis Alamanniæ Dominus Princiualis, à quo Lucenſes redemerunt dominium Imperiale XII. mille florenis.

Eodem anno, Tripolis ciuitas in Terra ſancta obſidetur à Soldano, & capitur, facta ſtrage de Chriſtianis, ac occiſis & captiuatis.

Eodem anno, fuit Poteſtas Lucenſis Dominus Petrus Confalonieri de Brixia pro ſex menſibus, & in alijs ſex menſibus Dominus Fráciſcus de Spoleto, quo tempore Lucenſes cæperút

Aſcia

Aſcianum,cum Piſtorieſibus, & Pratenſibus,occiſis & captis ibidem multis nobilibus Piſanis,qui venerant in dicti caſtri ſuccurſum.

EODEM etiam anno venit Comes Guido de Montefeltro Piſas,ad ſubueniendum ciuitati, & factus eſt dominus eorum plenarius ex ſpontanea ſubiectione.

ISTO anno fuit celebratum Capitulum generale fratrum Prædicatorum Lucæ, quod fuit honorabiliter receptum à Lucenſibus, cum fama totius quaſi Orbis. Tunc Lucenſe Cõmune donauit Capitulo ccccc. florenos; multi etiam ciues fecerunt largas eleemoſinas Capitulo.

Anno Domini M. CCLXXXIX. Lucenſes congregauerunt exercitum contra Piſanos, & in multitudine innumerabili deuaſtauerunt vallẽ Sercli, & ex parte Balnei, vſque ad muros ciuitatis Piſarũ.Item vicũ Piſanũ.

EODEM

Eodem anno, fuit conflictus Aretinorum apud Bibienā, in quo mortuus eſt Epiſcopus Aretinus Dominus Guillielmus de Paſſis, & filius Comitis Guidonis de Montefeltro, & multi alij nobiles Ghibellini, tàm de Vrbe veteri, quàm de alijs partibus Thuſciæ, Marchię, & Romagnolæ. Ferunt autem quòd in dicto bello, Lucenſes primò fregerunt aciem, quam percuſſerunt à latere, & cum baliſtis fregerunt hoſtes, & præcipuè Gialdonerios; quamuis Florentini ſtrenuiſſimè ſe habuerunt.

In eodem etiā bello ex parte Florentinorum mortuus fuit vnus miles Domini Armerici de Narbona, qui tunc pro Florentinis ducatum habebat. Ibidem etiā D. Bindus Baſchiera lethaliter fuit percuſſus, de quo vulnere mortuus eſt. Tunc Florentini proceſſerunt versùs Aretium, & cæperunt Laterinum.

Eodem

Eodem anno, Saraceni cæperunt Achon, occisis, & captis ibidem plusquàm xxx. millibus personarum. Totam etiam aliam regionem, vt Tyrum & Sidonem deuastauerunt.

Eodem etiam anno, Comes Guelfus reliquit castrum Castri: versùs villam Ecclesiæ se recollegit, * mutinis terris, & castris sui patrimonij.

* munitis

Eodem anno, fuit Potestas Lucensis Dominus Vbertus de Grotta, de Pergamo.

Eodem anno, Rex Carolus liberatus est de carcere, dimissis ibidem obsidibus pro pactis seruandis.

Isto eodem anno, Dominus Albertinus Vergelensis de Pistorio occiditur à parte Domini Simonis de Pantano, quæ Nigra vocabatur, alia verò Alba; vnde facta est in Luca & Florentia: & ex qua diuisione facta est ibidem diuisio sub prædictis nominibus, & omnia mala sub illis nomini

minibus ſunt exorta. Priùs verò ad aliquod tempus occiſus Dominus Dettus de parte Nigra, & de eadem domo. Poſteà Dominus Bertacca de parte Alba, & ſic per eos tota Thuſcia ponitur in ſciſſura.

CIRCA iſta tempora fuerunt Piſtorij maximi terræmotus, & diù durauerunt, & multæ domus & turres fuerunt ibidem concuſſæ, ac ſciſſæ.

Anno Domini M. CCLXXXX. exiſtente Poteſtate Lucenſi Domino Guelfo Viſconte de Placentia, tota pars Thuſciæ ad petitionem Ianuenſium congregauerat exercitum contra Piſanos, versùs portam Piſanam, ad ipſam deuaſtandam. Ianuenſes verò venerunt per mare, & Thuſci per terram, & deuaſtauerunt villam de portu Piſano. Ianuenſes verò fregerunt catenam portus, & cæperunt aliquas turres. Comes verò Guido de Montefeltro, qui erat Dominus Piſarum,

sarum, cum sua militia, quæ magna erat, saltem DCCC. equitum, intrans vallem Massæ, deuastauit vsque ad burgum, & statim retrocessit versùs Pisas, propter periculosos passus quos ibidem considerauit. Tunc autem Lucenses non remanserant nisi C. milites, & pauci pedites, qui vsque ad sanctum Ambrosium iuerunt ad obuiandum; sed dictus Comes statim inde recessit.

Anno Domini M. CCLXXXXI. Rodulphus Rex Romæ & Alamanniæ moritur, & apud Spiram sepelitur ciuitatis Alsatiæ, absque Imperiali benedictione: sepultus est in sepulchro Imperatorũ. Hic quamuis fuerit paruus Comes circa regionem Basileæ, & confinis Comiti Sabaudiæ; strenuissimus tamen fuit in armis, & magnæ prouidentiæ Princeps, propter quam assumptus fuit ad regale Imperium. Domum suam multùm

amplia

ampliauit: nam quinque filias ſuas tradidit nuptui maximis Principibus Orbis:quia vnam tradidit Regi Boëmiæ;alteram Duci Saxoniæ; tertiam Duci Bauariæ, qui eſt Comes Palatinus, & hi sũt tres Principes Electores Imperatoris; quartá fratri Marchionis Brandeburgenſis, qui eſt quartus de Electoribus ſupradictis; quintam verò tradidit Carolo Martello filio Regis Caroli; filium verò ſuum Ducem Auſtriæ conſtituit, quia Ducatus præfatus feudum erat Imperij, & Imperio ceſſit propter defectum hæredis, quem Rex Boëmiæ illegitimè poſſidebat.Huic filio ſuo vxorem dedit filiam Comitis de Tiralla, natam de matre Corradini filij Regis Corradi,ſuperiùs memorati.

EODEM anno, prima die Octobris, Lucenſes congregauerunt exercitum contra caſtrum de Boſco, exi-

ſtente Poteſtate Domino Moberti de Griſis.

Et eo anno, exiuit de carcere Baldinus de Pila de Vbaldinis, qui captus fuerat apud Buiti, cum Domino Bonaccurſio de Ripafracta; ex quo exorta eſt turbatio in ciuitate Lucenſi, quia imponebatur aliquibus ciuibus, quòd fuiſſent conſentanei in liberatione ipſorum.

Anno Domini M. CCXCII. poſt mortem Rodulphi, Comes Adulphus de Vnxone in Regem eligitur Alamanniæ.

Eodem anno, Lucenſes cum parte Thuſciæ congregauerunt exercitum contra Piſanos, & primò caſtrametati ſunt iuxtà caſtrum de Boſco. Quinta die Iunij poſteà proceſſerunt versùs Rinonicum contra vicum. Deinde tranſierunt Rinonicum, & venerunt Caſcinam, vbi inciderunt campanile, & ipſum ruere fecerunt; poſteà

posteà castrametati circa Caprariam, propè sanctum Sauinum, & deuastauerunt ipsum. Deinde procedentes versùs Monasterium de Nicosia, & ipsum similiter deuastauerunt.

Eodem anno, in festo Pentecostes, apud sanctam Sabinam, in Capitulo generali, frater Stephanus de Bisuntio, Ordinis fratrum Prædicatorum, Magister in Theologia eligitur in Magistrum totius Ordinis prædicti; & ad duos annos Lucæ moritur; ibidemque, ac iuxtà altare cum decentia sepelitur.

Eodem anno, Papa Nicolaus Quartus Romæ moritur, & in sancta Maria Maiori sepelitur. Tunc Cardinales de communi concordia se Perusium transtulerunt, vacauitque Sedes Romana per aliquod tempus; quia plusquàm per annum cum dimidio.

Anno Domini M. CCXCIII.

Comes Guido de Montefeltro, existens Dominus Pisis, Thuscos multùm infestat. Vadit Buiti, & ibi inuadit, & inuaditur: Calcinariam proditione cæpit ex negligentia Opezingorum, & præcipuè Domini Citri, & eodem titulo Pontem Heræ, & multa similia facit. Sed versùs Lucam in nullo profecit; sed eodem anno fuerunt deuicti, & capti Pisani, cum gente Comitis Guidonis de Montefeltro; inter quos quidam Apostata, cui nomen Alexander, magnus laqueus Diaboli. Et istam victoriam fecerunt Vurnenses, & Massenses, cum fæminis eorum, existente Potestate Domino Guillielmo de Rubeis.

EODEM etiam anno fuerunt deuicti apud Grossetum Gialdonerij de Romagna, qui veniebant in adiutorium Comitis Guidonis præfati.

EODEM etiam anno, Comes Loth, filius Comitis Vgolini, liberatus de

carcere Ianuensium, accepit in vxorem filiam, Domini Vbertaccij de Spinolis,& factus est Ciuis Ianuensis, cum aliis fratribus,& nepotibus suis, cum certis etiam pactis & conuentionibus, quantùm ad Ianuensem ciuilitatem.

Eodem anno, Rex Carolus transiuit per Lucam, veniens de Prouincia cum Regina, & omnibus liberis suis. Exierunt ei obuiam ciues Lucenses, per se milites hastis ludendo, per se populus cum vexillis Societatum, cũ vestibus splendidis; tantumque festum factum est, quale in Thuscia nunquam fuit auditum, tàm in choreis dominarum, quàm virorũ, quàm etiam in conuiuiis, & aliis tripudiis inseniatiuis solemnitatis,& festi.

Anno Domini M.CCXCIIII. Lucenses fatigati de expensis, & propter inæqualitatem circa onera Cõmunitatis,& fortè propter infidelita-

tem aliquorum,tractata est pax inter Thuſcos & Piſanos,quæ pax fuit deſtructio Comitum de Donnorice, hoc eſt,hæredum memorati Comitis Vgolini, & totius partis Guelfæ de Piſis.

EODEM anno, Comes Loth, cum certa militia, in Sardiniam transfretauit in adiutorium Comitis Guelfi fratris ſui,qui priùs multùm damnificans & infeſtans Piſanos,poſt pacem factam è contrà infeſtabatur ab eis. Item contra Iudicem Arboreæ, qui coniunctus Piſanis,duriſſimam guerram Comitibus faciebat. Tandem ſuccubuerunt Comites in bello, perdita villa di Ghieſa, & capto Comite Guelfo,qui redemptus fuit à Comite Loth, dando arcem quam habebat, quæ Aquafrigida dicebatur; & abinde ad paucos dies,Comes Guelfus infirmatus eſt & mortuus præ dolore, videns ſe ita depreſſum, qui priùs in

Sardi

Sardinia altus Rex videbatur.

EODEM anno, Iudex Galluriæ transfretauit in Sardiniam ſimiliter cum bona militia Lucenſium, & Piſanorum, & Thuſcorum; ſed parùm ibidem profecit, imò ad paucos dies infirmatus eſt, & mortuus. Mortui ſunt etiam ibidem tres de melioribus ciuitatis Lucæ, videlicet Dominus Cione de Archo, Nerius Dominus Vbaldi del Coſtore, & Coluccius Maluſi de Opizonibus.

EODEM anno, incipit guerra inter Regem Franciæ, & Regem Angliæ, in qua guerra infinita hominum multitudo periit, & præcipuè in Vaſconia. Dicti autem Reges ſic ſe habuerunt, quòd vnus in mari præualuit, videlicet Rex Angliæ; alter verò in terra, ſcilicet Rex Franciæ, propter multitudinem hominum ſubiectam eidem circa partes Vaſconiæ. Iſtius guerræ occaſione inchoata eſt guer-

ra inter Comitem Flandriæ, & Regem Franciæ, eò quòd Comes parentelam contraxerat cum Rege Angliæ per matrimonium.

Eodem anno, Cardinales exiſtentes Peruſij, ad inſtinctum Domini Latini Cardinalis Ordinis fratrum Prædicatorum, quadam deuotione moti, ſicut magnæ ſanctitatis viri, quendam Eremitam de Aprutio, cui nomen frater Petrus de Morone, elegerunt in Papã, qui vocatus eſt Cæleſtinus. Hic Regi Carolo multùm fauorabilis fuit, faciens vnam ordinationem Cardinalium, in qua quatuor Cardinales fecit ad ſuam petitionem: inter quos adhuc duo ſuperſunt, videlicet Dominus Guillielmus de Pergamo, & Dominus Laldulphus de Neapoli. Veniẽs igitur dictus Cæleſtinus Aquilam, ibi ſuam ſtationem fecit, ibidemque coronatus eſt: in qua Coronatione conuenit multitudo

titudo hominum, tam Cleri, quàm populi, plusquàm cc. millium, & ego interfui. Tunc Cardinales scripserunt de Perusio, quòd illuc dignaretur venire: ille autem rescripsit quòd ipsi ad ipsum irent. Et in eodem tempore, Dominus Latinus, qui fuerat principalis in faciendo eum, Perusij migrauit ad Dominum, cuius odor sanctitatis, & famæ ad omnes angulos Christianitatis diffunditur. Interim autem Dominus Iacobus de Columna, & Dominus Petrus, & Dominus Hugo de Beliomo Aquilam vadunt, factique sunt Domini Curiæ: quod alij Cardinales videntes Aquilá properant. Tunc venit Aquilam Dominus Benedictus Caetani, qui posteà Bonifatius sequens, de quo credebatur, quòd non gratiosè videretur ibidem, eò quod Regem Carolum Perusij multùm exasperasset, qui statim suis ministeriis, & astutiis factus est

Author vivebat 1294

Dominus Curiæ, & amicus Regis.

EODEM anno, obijt Lucæ frater Stephanus de Bisuntio, Magister Ordinis Prædicatorum, & superiùs memoratus, sepultusque est in Præsbyterio Altaris maioris dictorum fratrum.

EODEM tempore Cælestinus cum tota Curia vadit Neapolim, ibique Dominus Benedictus, cum aliquibus Cardinalibus, Cælestino persuadent vt officio cedat, quia propter suam simplicitatem, licèt sanctus vir, & vita magni foret exempli, deceptus sæpiùs aduersis confundebatur, Ecclesiæ in gratiis faciendis, & circa regimen Orbis. Ad tantam igitur instantiam eorum Cardinalium, licèt Rex Carolus, & omnes Regnicolæ in cõtrarium conarentur; & ego processioni interfui totius Cleri, & Populi de Neapoli, qui ad Palatium Papæ iuimus ad supplicãdum humiliter, quòd non

non renunciaret, non . . . . Dictus Cæleſtinus Papatui cedit, & ſua reſignatio à Cardinalibus acceptatur. Tunc ad electionem procedunt, & Dominum Benedictum eligunt, vocatusq; eſt Bonifatius Octauus, & hoc totum in Neapoli eſt factum, & præſente Rege.

Anno Domini M.CCLXXXXV. Bonifatius Octauus in Cathedra Petri ſedet, & eligitur, videlicet, in vigilia Natalis Domini præcedẽtis anni: primumq́ue quod fecit, reuocauit omnes gratias per Cæleſtinũ factas. Reuocatio gratias

ITEM eodem anno, Cæleſtinum in quodam caſtro recluſit, quia dubium videbatur eſſe apud multos, vtrum Papatui cedere potuiſſet.

EODEM anno, Bonifatius ſe transfert apud Reatem, cum tota Curia de Neapoli.

EODEM anno, ignis accenſus eſt in ſancto Cerbone de Luca, Mona-

ſterio

ſterio Sororum Aſcenſionis, & combuſſit totum Monaſterium, ita quòd coactæ ſunt Lucam venire.

Item in geſtis Lucenſium inueni hîc incæpiſſe feruentem diſcordiam Cancellariorum de Piſtorio, vt nominarentur Albi & Nigri, quod nomen fermentauit Florentiæ, & Lucæ, & ex quo nomine vtrobiq; exorta ſunt multa mala, & adhuc perſeuerant.

Anno Domini M. CC.XCVI. Bonifatius ſtatuit vt quatuor Doctores Eccleſiæ Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, & Gregorius ampliori in Eccleſia * deferrentur honore in ipſorum feſtis.

* feriétur

Eodem anno, Adulphus Rex Alamanniæ & Romanorum, Dominum Ioannem de Gabillione mittit Vicarium in Thuſciam, quem Papa Bonifatius conſentaneè recepit: vnde dictus Bonifatius Thuſcos requirit, & di

& dicti Thuſci volentes excutere iugum de manibus Imperij, eidem Bonifatio obtulerunt LXXX. mille florenos, vel circa, de quibus Lucenſes ſoluerunt XVIII. mille florenos, quãuis non eſſet neceſſarium; quia adhuc dictus Adulphus confirmatus non erat in Imperio, & ideò eidem adminiſtrationis non competebat officiũ, niſi quãtum ſuæ genti placebat: propter quam cauſam dictum Dominũ Ioannem Papa remiſit ad propria, dando fratri ſuo Epiſcopatum Leodiẽſem, & pecuniam ſibi retinuit pro terris Imperij eidem collatam, in hoc volens oſtendere dominium Papæ, dominio Imperatoris præferri.

EODEM anno, frater Nicolaus de Triuigio factus fuit Magiſter Ordinis Prædicatorum.

EODEM anno, Commune Lucenſe ordinauit transferri Hoſpitale ſancti Michaëlis in foro, cum conſenſu

Epi

Epiſcopi, pro platea amplianda loci prædicti; & ſimiliter Hoſpitale ſancti Donati ad expenſas Communitatis, exiſtente Poteſtate Domino Brodario de Saxoferrato, qui multam pecuniam accumulauit Cameræ de maleficiis hominum.

Anno Domini M. CCXCVII. Bonifatius cõtra Columnenſes proceſſum facit, occaſione Stephani de Columna, qui theſaurum Papæ fuerat deprædatus. Prædicti verò Cardinales, videlicet Dominus Iacobus, & Dominus Petrus de Columna contra dictum Bonifatium libellum ſcribũt famoſum, quẽ direxerunt per omnes partes mundi, Principibus & Vniuerſitatibus ſcholarum, aſſerentes ipſum non eſſe Papam, ſed ſolum Cæleſtinum. Vnde citati quòd comparerẽt, facti ſunt contumaces, propter quam cauſam fuerunt in Conſiſtorio publico, tanquam ſciſmatici & hæretici

com

computati, cappellis rubeis Cardinalatus priuati: bona etiam ipſorum, & filiorum Domini Ioannis, videlicet Agabiti, Stephani, & Sciarræ fuerunt confiſcata.

INTERIM verò Legatus mittitur in Thuſciam Dominus Matthæus de Aquaſparta ad prædicandam Crucem contra Columnenſes, & exercitum congregandum contra ipſorum munitiones, & caſtra: & primò obſidetur ciuitas Nepenſis, & ipſa capta traditur Vrſinis. Deinde Prenestina, & ipſa capta deſtruitur & in valle reædificatur, vocaturque Ciuitas Papalis. Vnde Cardinalis Dominus Theodericus Vrbe Vrbeuetanus denominatur, & eidem in vita traditur. Vlterius capitur caſtrum de Columna, nullum tamen iſtorum ſine reſiſtentia magna, & hominum morte. Quid plura? omnia ipſorum caſtra & villæ ac poderia occupata fuerunt, traditaque

Bonifatius
cōn Columnenses
Nepe
Preneste
columna

que

que nobilibus Romanis: quædam verò sibi Ecclesia reseruauit. Demùm post longam guerram, & pugnam, mediatores se interponunt ad mandata; sed posteà videntes quòd non restituebantur statui, iteratò rebellant, & à Bonifatio se absentant, & abscondunt. Tunc reïteratur sententia durior contra ipsos, non solùm in personis, & bonis; sed contra omnes fauentes, vel etiam receptantes.

EODEM anno, Venetiani fuerunt deuicti à Ianuensibus, in partibus Schiauoniæ, in Septembri, & cæperunt Ianuenses LXX. corpora galearum, multo sanguine hominum effuso. Et eodem anno, fecerũt pacem, restitutis hominibus eorum captiuis. Tunc fuit Potestas Lucensis Dominus Florius de Brixia.

Anno Domini M.CCXCVIII. Adulphus Rex Alamanniæ, & Romæ exercitum congregat cõtra Albertũ Ducem

Ducem Auſtriæ, & eius ſequaces, filium quondam Rodulphi Regis. Pugnatur autem ſimiliter, & in pugna Adulphus occiditur; fuit enim ſtrenuiſſimus in bello, & audacia cordis primus ad bellandum: eſt interfectus violentia partis aduerſæ.

EODEM anno, Dominus Bonifatius in ordinatione quam fecit, fratrem Nicolaum Magiſtrum Ordinis fratrum Prædicatorum Epiſcopum Oſtienſem aſſumit.

IN eodem tempore fuerunt terræmotus permaximi apud Reatem, vbi Curia erat, commouitque Palatium Papæ, & multas turres ciuitatis ruere fecit. Vnde tunc Papa receſſit de loco, & iuit extra ciuitatem ad domum fratrum Prædicatorum, & ibidem etiam in Capitulo fecit ordinationem prædictam.

ANNO eodem, abſtulerunt Priores ciuitatis Lucenſis partem Horti

fratrum Prædicatorum, in quo fecerunt duos Burgos, & multas vias, ac palatia pulchra nimis, satisfacientes integrè dictis fratribus, & de pecunia, & de horto Templariorum: ita quòd dicti fratres fuerunt multũ contenti.

Eodem anno, fuerunt destructi muri de Barga per Officiales præfatos ex certa causa, & pro statu Communitatis Garfagnanæ, & statu ciuitatis Lucensis, & fuit Potestas Dominus Gonzellinus de Ozmo, de Marchia.

Eodem anno, Albertus Dux Austriæ, post mortem Adulphi, congregat Electores, tam Principes, quàm Prælatos, videlicet Regem Boëmiæ, Ducem Saxoniæ, Ducem Bauariæ, qui est Comes Palatinus, Marchioné Brandeburgensem, qui sunt quatuor Principes Electores. Item Archiepiscopum Moguntinum, qui est Cancellarius in Germania; Archiepisco-

pum

pum Colonienſem,qui eſt Cancellarius in Italia; Archiepiſcopum Treuirenſem, qui eſt Cãcellarius in Gallia, & ſunt alij tres Electores; hi ergo Albertum concorditer eligunt.

Anno Domini M. CCXCIX. Albertus Rex Alamanniæ, & Romæ nuncios mittit ſolemnes ad Curiam pro ſua electione præſentanda,& cõfirmatione obtinenda,quam Bonifatius repellit, & electionem dicit eſſe nullam multis rationibus & exẽplis.

HOC eodem anno, VI. librum Decretalium publicat,in quo agitur, ſecundùm Rubricas Decretalium, de diuerſis materiis, & inſtitutionibus per multos ſummos Pontifices conditas, à tempore compilationis factæ per Gregorium Nonum, V. videlicet, Nonas Martij, Pontificatus ſui anno IIII. ſuaſque ponit, quæ ſunt declaratiuę & deciſiuæ omnium quæſtionum, quæ reperiuntur in

ordinarijs glossis.

Isto eodem anno, ignis accensus est in domo Gilij Frediccionis, existẽte, & habitante ibidem Potestate Domino Guillielmo de Brixia. Et eodẽ anno, Siculi cæperunt xv. galeas Regis Caroli, vbi fuit captus & opprobriosè occisus nepos Rogerij de Loria.

Eodem anno, facta est pax inter Ianuenses & Pisanos, in qua pace Pisani multam monetam eisdem Ianuensibus obtulerunt, scilicet ccc.m. * Ianuens.

*florenos

Eodem anno, in Iulio, deuicti fuerunt Siculi in mari, per Regem Aragonum, quem Papa Bonifatius Vexilliferum Ecclesiæ fecerat, & Regem in Sardinia, indultis omnibus iniuriis illatis Ecclesiæ: cum quo fuit etiam Rogerius de Loria, & captus fuisset tunc Federicus; sed Rex carni pepercit, & sanguini. In hoc autem

con

conflictu captæ fuerunt XXVIII. galeæ, vbi erant plusquam VII. millia hominum.

EODEM anno, fuit Potestas Dominus Guillielmus de Madiis, de ciuitate Lucensi.

Anno Domini M. CCC. Tartari exeuntes de Perside à sedibus suis, inuaserunt Saracenos, primò in Capadocia Syriæ, deinde in Seleucia, deinde in Armenia, abinde in tota terra Promissionis, & in Damasco, & Gaza, vsque ad confinia Ægypti; in quibus omnibus Regionibus plusquam CC. millia Saracenorum sunt occisa; in qua strage, Deus permisit in eos fieri per Tartaros, quod ipsi fecerũt Christianis in captione Tripoli, & Achon.

EODEM anno, in Calendis Ianuarij, instituta fuit Indulgentia plenissima omnium peccatorum, per Papam Bonifatium, qui tunc Ecclesiam regebat, ad sanctum Petrum, & Jubilaeu

ſanctum Paulum, accedentibus ad ipſorum limina XV. vicibus alternatim, quantùm ad extraneos; quãtùm ad Romanos XXX. diebus: vnde factus eſt concurſus populi tantus ex omni genere, & natione, quòd ſingulis diebus aſcendebat oblatio ad mille libras Prouinciales.

EODEM anno, in Calendis Ianuarij, occaſione mortis Domini Opizonis Iudicis de Opizonibus de Luca, facta eſt concitatio & turbatio in ciuitate Lucenſi: vnde multa mala ſunt exorta ibidem, & ſciſma non modicum: confinati ſunt Antermi-nelli, cum eorum ſequacibus.

EODEM anno, nauale bellum fuit inter Rogerium de Loria Admiraliũ Regis Caroli, & Corradum de Auria Admiralium Siculorum, vbi dictus Corradus ſuccubuit, & XXVIII. ligna perdidit, ipſo capto cum filio & fratre, & duobus aliis de domo ſua, &

cum

cum multis aliis nobilibus de Sicilia.

EODEM anno, Pistorienses, qui Albi dicebantur, expulerunt Nigros, & combusserunt eorum domos, qui venientes Lucam, cum fauore aliquorum ciuium Lucensium, combusserunt domos Anterminellorum.

EODEM anno, bellum campale fuit in Sicilia inter Philippum filium Regis Caroli, & Federicum filium Regis Aragonum, qui Siciliam vsurpauerat, & contra voluntatem Ecclesiæ detinebat; in quo bello Philippus succubuit, quia spreto consilio patris, pugnauit: vnde captus est cum sua gente, & multi ex eis interempti sunt.

Anno Domini M. CCCI. vnus Dominus Tartarorum inuasit alium, videlicet Imperator, qui dicebatur Theca, vir bonus, qui multùm fauorabilis erat Christianis, Imperatorem Noca, qui pessimus Necromáticus, &

perſecutor omnis boni, & deſtruxit eum in toto, & factus eſt Dominus in toto Aquilone, Aſia, & parte Orientis.

EODEM anno, in Septembri, apparuit Cometa in Occidente, in ſigno Scorpionis, quæ eſt domus Martis, qui aliquando emittebat comam ad Orientem, aliquando ad Meridiem: & hoc fuit poſt aduentum Domini Caroli fratris Regis Franciæ in Thuſciam, & durauit per menſem. Ferunt autem alium apparuiſſe in Oriente in eodem tempore, ſed ego non vidi.

EODEM anno, veniens Dominus Carolus præfatus Romam ex mandato ſummi Põtificis Bonifatij VIII. qui adeò in primo aduentu ſuo factus fuit Comes de Romagnola, Capitaneus in patrimonio, & Dominus etiam in Marchia Anconitana; Item factus eſt Paciarius in Thuſcia.

EODEM anno, dictus Dominus

Carolus venit Florentiam, & facta est ibidem magna commotio, & spoliorum direptio, & domorum combustio in ciuitate, & in Comitatu, qualis non fuit à tempore, quo Guelfi & Ghibellini Florentiæ fuerunt.

EODEM anno, controuersia orta est in Hungaria de Regno inter Regem Boëmiæ, qui filium suum cum fauore aliquorum Principum coronari ordinauit in Buda, & Regem Carolum filium Caroli Martelli nati de Hungaria, similiter coronari procurauit, habens in suum fauorem aliquos Principes illius Regionis, & Cumanos, ac multitudinem Tartarorũ.

ANNO eodem, Rex Alamanniæ Albertus filius Rodulphi, habens discordiam in Regno suo, contra Ducem Bauariæ nepotem suum, contra Archiepiscopum Moguntinum, contra Colonienses, & Treuirenses, bellum mouit, & totam Prouinciam

concitauit, & præualuit, fauentibus omnibus ciuitatibus super Rhenum, propter iniusta pedagia quæ exigebant.

Anno Domini M. CCCII. in Februario, ignis virtute sulphuris & ventorum euaporauit de Insula Ischiæ, qui ascendit super aërem cum materia terrestri, effuditque se super Villam, & combussit eam, factaque est magna nebulositas per totam Regionem,& mare repletum est lapidibus combustis, & consumptis terrestri substantia, quos pumices vocant super aquam natantes, ratione suorum foraminum, qui aërem continent,& propter consumptionem terrestris materiæ in ipsis: factíque sunt cineres in tanta multitudine, & quãtitate; quòd eorum aceruì quasi mõtes videbantur:diffuderuntque se super mare ad ducenta milliaria.

EODEM anno, Dominus Bonifatius

tius tranſmiſit literas, cum bulla ad perpetuam rei memoriam, Regi Frãciæ, in quibus mãdabat eidem, quòd volebat, cùm ipſe eſſet Dominus tẽporalium & ſpiritualiũ mundi, quòd recognoſceret Regnum ab ipſo, & contrarium tenere iudicabat hæreticum: quas literas Rex recipiens, de conſilio ſuorum Magiſtrorum, coram multitudine populi fecit comburi: & tunc arctauit omnes vias Regni, vt nullus equus, nullaque pecunia, nullaque litera inde exire poſſet.

Literæ Bonifacij comburuntur

EODEM anno, in Aſcenſione Domini, idem Papa Bonifatius excommunicauit omnes impedientes de ſua prouincia, quòd Clerici, vel laici ad Curiam cum equis, pecunia, vel literis venire non poſſent.

EODEM anno, Dominus Carolus, circa Maium, transfretauit in Siciliã, cum multitudine magna contra Federicum prædictum, perdiditque

maio

maiorem partem equorum suorum ex generali epidemia, quæ fuit in Orbe.

Isto eodem anno, Capitaneus de Mediolano, qui dominabatur parti Lombardiæ, perdidit dominium totum.

Eodem anno, Florentini & Lucenses fecerunt exercitum contra Pistorienses, & deuastauerunt vsque ad muros ciuitatis. Deinde Florentinis recedentibus remanserunt Lucenses ad obsidendum Serraualle, quod castrum multum machinis conquassauerunt.

Eodem anno, idem Dominus Carolus ex certis causis fecit pacem inter Federicũ, & Regem Carolum, & Ecclesiam, in qua pace ista pacta, quia Federicus accepit in vxorem filiam Regis Caroli, & habet Regnũ Siciliæ in vita sua, quousque Ecclesia prouidet ei de Sardinia, siue de Regno

gno Tolosano; post mortem verò suam, si habet filios, debet habere à Rege c. mill. vnciarum, & dimittere Regnum: si autem non haberet, debet habere xx. mille vncias ad dispensandum vbi voluerit.

EODEM anno, Florentini iuerunt in vallem Arni, & obsiderunt Planũ, castrum Passorum, vbi erant congregati multi Ghibellini de diuersis partibus, quod vltimò in bello cæperũt, & occiderunt multos, quosdam autem cæperunt. Deinde Florentini audientes quòd Vbaldini receperant eorum rebelles, & cum eisdem deuastauerant sanctum Petrum in Seue, & quædam alia loca, congregauerũt exercitum & iuerunt in Mugellum, & totam Regionem deuastauerunt, vsque ad montem Acanicum. S. Petrus in Seue

EODEM anno, in mense Septembris, castrum de Serraualle captum fuit, scilicet sexta die dicti mensis, vbi

Lu

Lucenſes ſteterant in obſidionẽ IIII. menſibus, minus VIII. diebus; in qua Lucenſes ſic cinxerant caſtrum, quòd nullus intrare nec exire poterat, & durabat circuitus caſtrorum Lucenſium ferè per duo milliaria. In dicta autem obſidione Piſtorienſes inuaſerunt caſtra Lucana à duabus partibus; ſed malè ceſſit eis, & ex tunc inceperunt deficere qui erant in caſtro prædicto de Serraualle, cùm tamen vſque ad tempora illa viriliter ſe . . . . in quo erant vltra mille armati de melioribus ciuitatis Piſtorij, & Diæceſis, cum CC. Romagnolis. Vnde ad paucos dies reddiderunt ſe Lucenſibus, ſicut captos, exceptis Romagnolis, qui euaſerunt, & terrigenis, quibus Lucenſes indulſerunt.

ET eodem anno, in Octobri, Lucenſes ceperunt Lercianum. Quod audientes Piſtorienſes, veniebant ad obuiandum, quibus occurrerunt Lucenſes,

censes,& deuicerunt eos;in quo bello fuerunt occisi plusquàm c. de Pistorio; capti verò vltrà ducentos.

EODEM anno,in mense Iulij, * Frãdienses rebellauerunt Regi Franciæ, & occiderunt in Insula plusquàm M. D. viros probos de Francia. * Flandrenses

ISTO eodem anno, & mense sequenti,venerũt Gallici contra * Frãdienses, sed * Frãdienses dicuntur fecisse foueas cæcas, secundùm conditionem regionis, in quas inciderunt vltrà sex millia virorum nobilium in equis: & ibidem fuerunt occisi quidam cum balistis, quidam cum lanceis,& omnes insepulti remanserunt ad longa tempora. Inter quos fuerũt multi nobiles Principes & Barones, & inferiores milites,& scutiferi, quorum primi Comes Atrebatensis, Dominus Goffredus de Brabantia, & multi alij Principes. * Flandrenses.

Anno Domini M. CCCIII. congregati

gregati sunt Guelfi, qui Albi vocantur, cum Ghibellinis Thusciæ, & Romagnolæ in Mugello, circa castrum Pullicciani, contra Florentinos: fuerunt que in multitudine D.CCC. * milites, & VI. millia peditum. Vnde recesserunt cum adiutorio Lucensium deuicti, & cum confusione.

* equites,

EODEM anno, fuit cōiunctio Martis cum Saturno, & etiam sunt coniuncti semel per retrogradationem vtriusque, existentes ambo in Virgine. Iupiter etiam existens retrogradus * bis ducti factus est, propter quod in isto anno multi mali effectus sunt secuti, tam in enormitatibus rerum, quàm etiam personarum; nam decapitati fuerunt Florētini de Gherardinis, & Caualcantiis. Item postea DIX. de melioribus inter Albos & Guelfos & Ghibellinos, qui fuerunt capti apud Pulliccianum.

* bis directus.

PAPA Bonifatius Regi Franciæ litem

litem mouit, & licèt indirectè ipſum excommunicauit, ex eo quòd non permittebat aliquem exire de Regno ſuo, præpter quàm cum tribus equitaturis, nec pecuniam tranſportari, niſi quantum pro expenſis eis ſufficeret, propter quam cauſam dictus Bonifatius confirmauit Albertum filium Rodulphi.

FINIS.

Q

INDEX ALPHABETICVS PRÆCIPVARVM RERVM IN HIS Annalibus contentarum.

A

Alberi

INDEX.

Decre

D

E.

F

Grati

H

I

L

Lan

Medio

P

S

Scisma

V

FINIS.

APPROBATIONES.

ANnalium iſtud PTOLEMÆI LVCENSIS, Epiſcopi Torcellenſis Opus, nihil Fidei aduerſum habet. Lugduni, ſeptima Aprilis, 1619.

FR. ROBERTVS BERTHELOT
Epiſcopus Damaſc.

IOANNES CLAVDIVS DE-VILLE *in Sacra Theologia Magiſter, & diuini verbi Prædicator, in S. Pauli huiuſce ciuitatis Canonicus, & in hac Lugdunenſi Diœceſi à* D. DIONYSIO SIMONE DE MARQVEMONT *illuſtriſſimo & reuerendiſſimo Archiepiſcopo, in Librorum cenſuram inũbere iuſſi: Fidem facimus Nos* Ptolemæi Lucenſis, Epiſcopi Torcellenſis Annales, &c. *euoluiſſe: nihilq́ Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ Eccleſiæ fidei documentis aduerſarium in illis nactos eſſe. Lugduni, apud S. Paulum, prid. Cal. Maias, M. DCXIX.*

C. DE-VILLE.

PERMISSIO.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus & Camerarius Ecclesiæ Lugdunensis, in Suprema Dombarum Curia Parlamenti Consiliarius, Galliarum Primatiæ Officialis, & in Archiepiscopatu Lugdunensi Vicarius generalis, Visa Doctorum Theologorum approbatione, hos *Ptolemæi Lucensis, Episcopi Torcellensis Annales* in lucem emitti permittimus. Datum Lugduni die secunda Maij, anno M. DCIX.

MESCHATIN LA FAYE.

VT hi Ptolemæi Lucensis, Episcopi Torcellensis Annales in lucem prodeant, typisque mandentur facultatem Jacobo Roussin concedimus: & typographis Lugdunensibus cæteris editionem eorumdem Annalium vetamus. Lugduni, Aprilis mensis septimo, 1619.

DV SAVZEY.